

**CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM**

**EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM AVSTRIACAE**


VOL. LXXXVI

BASILI REGVLA

A RVFINO LATINE VERSA

**QVAM EDENDAM CVRAVIT
KLAUS ZELZER**

**VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXXXVI**



CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM
VOL. LXXXVI

**CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM**

**EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM AVSTRIACAE**

VOL. LXXXVI

BASILI REGVLA

A RVFINO LATINE VERSA

**QVAM EDENDAM CVRAVIT
KLAUS ZELZER**

**VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXXXVI**

BASILI REGVLA

A RVFINO LATINE VERSA

QVAM EDENDAM CVRAVIT
KLAUS ZELZER

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXXXVI

OMNIA IVRA RESERVATA
© HÖLDER-PICHLER-TEMPSKY KG., WIEN 1986

ISBN 3-209-00625-3

VINDOBONAE
Ex officina typographica Ernesti Beccari

INDEX

Praefatio VII

Prolegomena

De regulae S. Basili recensionibus	IX
De versionis latinae traditione	X
De huius editionis ratione	XII
De textu constituendo	XIII
De codicibus ad textum constituendum ad- hibitis	XVII
Qui codices S. Basili regulam contineant .	XXVIII
Quibus graecarum recensionum capitulis versionis latinae capitula respondeant . .	XXX

Basili Regula a Rufino latine versa 1

Indices

Index locorum e sacra scriptura adhibitorum	231
Index nominum	240
Index verborum	242

PRAEFATIO

Postquam Heribertus Plenkens Ludovico Traube auctore monachorum regulas latinas edendas sibi proposuit multisque decenniis post Rudolphus Hanslik Benedicti, Adalbertus de Vogüé et Ferdinandus Villegas Eugippi quam appellarunt regulas ediderunt, tertio huius corporis volumine regulis dicato Basili regulam a Rufino latine versam primum a librorum manuscriptorum auctoritate edendam curavi. Hanc editionem primam criticam, quam perfectam nondum esse satis sciam, ad regularum latinarum studia promovenda tamen aliquid collaturam spero.

Nunc autem omnibus quorum auxilio in hac regula edenda adiutus sum gratiae sunt agendae: primum reverendo patri doctissimo Ioanni Gribomont OSB, cuius dissertatio de Basili operum asceticorum traditione magno mihi usui erat et qui codicis Moscoviensis 117, Magni Ascetici versionem Studitam quae appellatur continentis, schedas lucis ope depictas liberaliter praesto mihi fecit; deinde reverendo patri Henrico Ledoyen OSB, qui et codicum exemplaria lucis ope depicta praesto mihi fecit et textum quem Ioanne Gribomont auctore cum alios codices tum Sessorianum sectus praeparaverat quemque A. de Vogüé et F. Villegas ad Eugippi quam appellarunt regulam edendam adhibuerant cum verborum indice mihi in manus liberalissime tradidit (quem rarissime inspexi quod textus apparatu critico instructus de ipsis codicibus mihi constituendus erat); deinde Bernardo Bischoff viro doctissimo, qui mihi quo tempore et loco exarati essent codices liberaliter indicavit; tum Ioanni Divjak collegae, qui singula totius textus verba calculatoris electronici ope in ordinem alphabeticum distribuit, nec non Michaelae uxori optimae, quae non solum hunc verborum

ordinem alphabetice distributum in nominum et verborum indices redegit codicumque descriptionem tabulamque composuit, sed etiam in codicibus legendis, in textu consti-
tuendo, in apparatu critico componendo, in discis qui di-
cuntur electronice inscribendis, in textu apparatuque critico
in paginas distribuendis et in plagulis corrigendis me liben-
tissime semper adiuvit.

Gratias debo et multis bibliothecis publicis ecclesiasti-
cis monasticis quae vel codices ipsos exhibuerunt legendos
vel exemplaria lucis ope expressa, et instituto illi utilissimo
textibus investigandis dicato, francogallice „Institut de re-
cherche et d'histoire des textes“ appellato, eiusque sectionis
latinae doctissimo directori Ludovico Holtz, qui codicum
exemplaribus lucis ope expressis liberalissime me adiuvit.

Denique gratias ago Ernesto Becvar amico, typographo
optimo, eiusque administris, qui hoc volumen, corporis
scriptorum ecclesiasticorum latinorum quod primum de
discis electronice inscriptis nec de chartis typoscriptis praeparandum erat, tam pulcherrime confecerunt.

Vindobonae, die festo S. Basili (Kal.Ian.),
a. d. MCMLXXXVI

K. Z.

PROLEGOMENA

De regulae S. Basili recensionibus

S. Basili episcopi Caesariensis opera ascetica vel regulas monasticas quae appellantur tribus recensionibus traditas esse J. Gribomont OSB dissertatione demonstravit doctissima quam de operum asceticorum textibus varie traditis confecit¹, de qua brevissime disseruit H. U. von Balthasar in opere quodam de monachorum et ordinum regulis illustrandis composito². Quarum recensionum prima, quae Ἡρικά vel Regulae morales appellantur, permultis e versionibus Novi Testamenti octoginta ὅποις vel regulis compositis constat verbis Basili propriis nisi capitibus non additis. Recensio altera, Asceticum Parvum quod appellatur, prologum et quaestiones cum responsionibus circiter CC continens, nisi versionibus latina, praefatione Rufini aucta, ac syriaca tradita non est. Recensio ultima, Asceticum Magnum quod appellatur, variis recensionibus et ipsa tradita est, e quibus recensiones Vulgata et Studita quae appellantur priores locos obtinent. Etsi recensio Vulgata, tomo Patrologiae Graecae XXXI in lucem edita, regularum fusius ac brevius tractatarum ordines, recensio Studita, codicibus cum aliis tum Moscoviensi 117 saec. IX ex. egregie tradita, unam solam quaestionum responsionumque seriem continet, recensiones Vulgata et Studita non tam textu ipso quam quaestionum serie ac ordine inter se differunt. Cum diu num Parvi Ascetici versionem latinam e regulis fusius ac brevius

¹ J. Gribomont, *Histoire du texte des Ascétiques de S. Basile*, Louvain 1953.

² H. U. von Balthasar, *Die großen Ordensregeln*, Einsiedeln-Zürich-Köln ²1961, 47sqq.

tractatis sua sponte Rufinus composuisset dubitaretur, versione syriaca latinae simillima in lucem prolata Gribomont demonstravit versiones et latinam et syriacam ab Ascetici Parvi textu graeco nunc deperdito originem duxisse, ad cuius exemplar postea S. Basilius ipse Magni Ascetici regularum series composuit. Quaestionum responsionumque ordinem qui in Ascetici Parvi versione latina invenitur multo magis cum recensionis Studitae quam Vulgatae ordine ac serie concordare e tabulis p. XXXsqq. depictis cognoscas.

De versionis latinae traditione

Rufinum Aquileiensem anno 396 circiter ex oriente reversum precibus Ursaci cuiusdam abbatis monasterii nobis non satis noti in Italia meridionali siti commotum S. Basili praecepta ad monachorum vitam et observantiam reformatas latine vertisse e praefatione ab eo addita elucet. Quam versionem latinam brevi tempore non solum per totam Italiam sed etiam per Galliam Hispaniamque innotuisse et praeclara S. Benedicti verba et multa versionis latinae exemplaria manu scripta et quae de regulae Basili observantia accepimus testimonia satis clare demonstrant. Nam S. Benedictus in ultimo regulae suae capitulo monachis suis Basili praecepta ut legerent commendavit dicens *Nec non et collationes patrum et instituta et vitas eorum, sed et regula sancti patris nostri Basili quid aliud sunt nisi bene viventium et oboedientium monachorum instrumenta virtutum* (73,5sq.), exemplaria autem manu scripta per Italiam Galliam Hispaniam Germaniam divulgata cum postcarolingica ut dicimus multa tum aliqua praecarolingica quod fatum textus ipse habuerit demonstrant.

Rufini versionem iam sexto saeculo et in Italia floruisse codices ES, antiquissimi testes non artius concordantes, et in monasterio Lerinensi bene notum fuisse codices GLW testificantur, qui codices VIII^{ex.} et IX saeculis in variis

Germaniae regionibus exarati praeter S. Basili regulam quam appellant nonnullos continent textus quorum auctores et in Lerinensi monasterio saeculis V et VI felicissime florente et in Gallia meridionali magni aestimabantur, ut textum eorum e Lerinensi monasterio originem duxisse conicere liceat. Sed eorum textus cum et pluribus locis et capitulorum indice proprio a textu codicibus italicis ceterisque gallicis, quorum praecipui sunt codices CES, tradito differat versionem latinam iam primis saeculis, hoc est ante codices CES exaratos, in Italiae Galliaeque monasteriis latius divulgatam et a monachis Lerinensibus ad eorum ipsorum rationem accommodatam fuisse significat. Sed et saeculis VII et VIII in multis Italiae et Galliae monasteriis Basili regulae versionem latinam in usu fuisse accepimus monachorum, qui non unam solam sed varias vel Basili Pachomi Columbani Benedicti aliorum vel ex eorum praceptis ad arbitrium abbatis mixtas vel compositas regulas secuti sunt.

Aliam quandam textus formam in regione visigotica hispaniensi divulgatam fuisse e codicibus HOT elucet, cui valde similis est textus quo Benedictus Anianensis in regularum codice ac concordia componendis usus est, quorum testes adhibemus MZ. E quibus apparent Benedictum Anianensem Rufini textum non e sola traditione visigotica hauisisse sed etiam lectiones e traditione Lerinensi accepisse (e.g. quas infra notavi ubi de vocibus additis agitur, cf.p. XIV), sive traditiones visigoticam et francogallicam meridionalem ipse contaminaverit sive textum quendam monachorum usu iam contaminatum invenerit.

At regulae Basili textum latinum non solum primis quibus monasteria in terris ad occidentem vergentibus fluerint saeculis, sed etiam saeculis postcarolingicis ut dicimus, quibus Benedicti regula primum obtinebat locum, alicuius momenti fuisse multa exemplaria multis terris divulgata testificantur; tunc Basili regula nec ad monacho-

rum vitam reformandam nec ad regulas mixtas quas dicimus componendas, sed ad monachorum secundum S. Benedicti praecepta viventium animos adhibebatur aedificandos³.

De huius editionis ratione

Basili regulae quae appellatur versionis latinae, quamvis per saecula magni aestimatae, editio critica usque ad praesens tempus desideratur; nam editio a Luca Holstenio annis 1661 Romae, 1663 Parisiis confecta posteaque in Patrologiae Latinae tomum CIII recepta textum nec bonum nec fidelem praebet, quem Holstenius e Benedicti Anianensis codicis regularum traditione aliisque codicibus, qui Romae ei praesto erant, accepit propriisque ut tunc mos erat additamentis auxit. Ideo cum codicum saeculorum VI–X satis magna suppeditet copia cumque codices recentiores ad constituendum textum latissime per saecula et regiones divulgatum nihil adiuvent – ne codices quidem Montecassinienses s. XI quos num proprias quasdam italici textus meridionalis lectiones preeberent scrutatus inspexi –, illos solos adhibui et in apparatu critico denotavi, omissis codice Escurialensi S III 32 (in his prolegomenis et in dissertatiunculis siglo O notato), qui quamquam est visi-

³ De traditione quae tractavi in dissertatiunculis videas quae inscribuntur Die Rufinusübersetzung der Basiliusregel im Spiegel ihrer ältesten Handschriften (Latinität und Alte Kirche, Festschrift R. Hanslik, Wiener Studien Beiheft 7, 1977, 341–350); Zur Überlieferung der lateinischen Fassung der Basiliusregel (Überlieferungsgeschichtliche Untersuchungen, Texte und Untersuchungen 125, Berlin 1981, 625–635); La tradizione latina della cosiddetta Regola di S. Basilio nel monachesimo occidentale (Basilio di Cesarea..., Atti del congresso internazionale, 1979, Messina 1983, 1, 669–681); L'histoire du texte des Règles de S. Basile et de S. Benoît à la lumière de la tradition gallofranque (Regulae Benedicti Studia, 1986, sub prelo). Videas etiam quae de regularum traditione scripsit F. Prinz, Frühes Mönchtum im Frankenreich, München–Wien 1965.

gotici textus testis antiquissimus satis clare legi non potuit nec longe distat a textus forma codicibus HT tradita, et codice Laudunensi 330 (in dissertatiunculis siglo N notato), qui ita artissime iunctus est codici Corbeiensi nunc Leninopolitano ut ex eo descriptum eum esse putas. Holstenii textum ex editione anno 1663 Parisiis confecta adhibui neque vero originem eius nec rationem investigavi.

De textu constituendo

Regulae Basili versionis latinae, ut regulae iam primis saeculis late divulgatae, textum codices saeculorum VI–X non satis concordantem sed variis traditionibus quasi disiectum praebent. Cum et codices italici et francogallici, quorum antiquissimi sunt CES, nonnullis locis inter se differant neque erroribus nec depravationibus careant, et codices traditiones Lerinensem vel hispanicam visigoticam sequi (GLW,HOT,MZ) non solum propriis quibusdam lectinibus additamentis depravationibus inter se cohaereant sed etiam cum aliis testibus varie concordent vel ab iis discrepent, regulae Basili textum latinum iam primis saeculis variis modis depravatum mutatum contaminatum correctum esse apparet. Immo iam vetustissima versionis latinae exemplaria nonnullis vitiis erroribus omissionibus depravationibus vel ipsius interpretis vel eorum qui textum primis decenniis tradiderunt non caruisse aliqui loci vel omnibus codicibus vel permultis traditi demonstrant, e.g. *praef.2 saeculo dedit* (ubi lacunam suspicari licet?); *4,11 qui; 7,14 nec; 8,13 dum / cum* (om. per corr. PW); *9,12 elementi* (corr. Benedictus Anian.); *36,3 eius* (pro *Iesu*); *46,3 non* (per errorem interpretis?); *49,3 si in opere – contendamus*; *99,2 dat / det*; *122,7 et quidem* (pro *equidem*); *171,3 et quia* (pro *ex qua*); *172,4 pro om.* (per haplographiam); *178,3 replere illius* (pro *replebitim*); *184,7 audit autem* (pro *audita autem* per haplographiam).

Tamen antiquissimi codices C(E)S saepius textum genuinum servare ex nonnullis locis elucet, ubi – vel textus eorum cum Magni Ascetici textu graeco concordat, cui multis locis Parvi Ascetici textum graecum deperditum simillimum fuisse verisimile est, e.g. 2,82 *speculam quandam* CS; 3,38 et alt. CES,P,GLW; 5,9 *est vobis* CS; 6,2 *sancta doctrinae* S; 13,1 *Iothor* Cac.S; 29,1 *hoc contrarium est illi testimonio* CES,JP; 34,2 *faciebat* CS; 55,2 *voluntates* CS; 78,1 *zelus tuus* CS,P; 80,1 *ille me misit* S; 99,2 *suscipiet* ES; 101,2 *ingressibus* CS; 120,3 *oboeditis* S; 122,7 *cum furatus est linguam auream* ES,J, *ira domini* CES,J; 122,8 *evidem* ES; 123,6 *libertatem* CS,J; 132 int. *illa* S,J; 139,3 *ait* CS, PT; 155,1 *praecipua sunt* CS; 162,1 *audientiam* CS,P;

– vel textus eorum vocibus ad versionem latinam facilius intellegendam vel ad sacrae scripturae locos plenius profrendos additis caret (e quibus locis elucet traditionem Lerenensem ante alias additamentis quibusdam contaminatam esse), e.g. prol.5 *manifestare* GLW,M,Hol.; *sermonis* GLW, M,Hol.; prol.11 *spatium* GLW,Hol.; 2,7 *a deo* GLW,Hol.; 14,3 *nostri iesu christi* (pro *dei sui*) GLW; 42,4 *vias eius discas* et GLW,PMZ,Hol.; 43,1 *debet* GLW,JMZ,Hol.; 52,3 *et non egerunt paenitentiam* GLW,Hol.; 55,3 *et requiem temporibus meis* GLW,Hol.; 112,5 *uel uoluntate – dei modetur* GLW,MZ,Hol.; 164,3 *vel a maioribus* GLW,HJMPT, Hol.; 172,3 *similiter et peram* GLW,M,Hol.; 173 int. *possitis* GLW,HM,Hol.; 173,3 *et non ipsis praesumimus sed* GLW, HM,Hol.;

– vel textus eorum vel scripturae textus graeci vel Rufini interpretis errores conservat, e.g. 8,2 *in sanctitate* CS; 74,1 *audientes* CS,JP,GL.

Quibus exemplis etiam locos ad quos diiudicandos neque textus graecus neque alia ratio auxilio sunt ad codicum C(E)S testimonium constitui licere demonstratur; itaque summi momenti sunt loci quibus codices antiquissimi ES non artissime cohaerentes vel inter se vel cum Corbeiensi concordant, e.g. 3,3 *usibus*; 3,5;6;*saepius ne ... quidem.*

Nec tamen hi codices erroribus vel depravationibus vel variis lectionibus carere e locis elucet ubi
– vel textus eorum plane corruptus est, e.g. 3,19 †*proditur*† ES soli;
– vel vocales *e/i, o/u* vel labiales *b/v* confunduntur, e.g. 12,1 *loquitur* pro *loquetur*, cf. 125,2; 3,8 *uisitauit* pro *visitabit*; 44 int. *obseruauiimus* pro *observabimus*; 69,1 *quid debet ad* pro *qui devitat*; 86 int. *qui in opere pro qui nuper*;
– vel eorum lectiones ab aliorum codicum textu cum graeco concordante discrepant: cum sanctae scripturae locorum versiones a genuino scripturae textu discrepantes, quae in codicibus C(E)S aliisve inveniantur, pro Rufini genuinis ut supra diximus habeantur liceat, quae e textus ipsius vel interpretis erroribus ortae postea in aliis quibusdam codicibus secundum scripturae textum genuinum sint correctae (8,2 *in sanctitate*; 74,1 *audientes*), tamen quosdam regulae ipsius locos ab aliorum quorundam codicum textu cum graeco concordante discrepantes potius lectiones codicum C(E)S aliorumve proprias quam Rufini genuinas esse suspiccamur (e.g. 22,2 *germinabunt* CS,P), cum regulae textum latinum post codices C(E)S descriptos secundum textum graecum esse correctum verisimile plane non sit.

Itaque paucis locis et codices GLW textum genuinum solos vel cum aliis praeter CES servavisse e textu graeco elucet, e.g. 2,67 *ergo per primum completur et secundum*; 79,1 *si*; 88,2 *ab apostolo*; sed compluribus locis textum peiores, scilicet e traditione Lerinensi vel mutationibus vel additamentis affectum, vel in scripturae locis vertendis vulgatam quam dicimus pro Rufini interpretis versionem exhibentem praebent. Praeterea codicem Floriacensem (F), quem mendis et depravationibus non carentem tamen aliquid ad textum constituendum collaturum fuisse suspicari licet, paucissimis fragmentis nobis traditum esse dolemus.

Textus graeci nobis traditi testimonium magni quoque momenti est ubi solum quid versio latina interpretis vel

tradentium erroribus corrupta significare voluerit nobis indicat, e.g. 49,3, ubi textus latinus plane corruptus videtur; 69,4, ubi vitiose *vel – vel* pro *ἢ – ἢ* Rufinus posuit; 79,2sq., ubi textus latinus vix intellegitur; 99,2, ubi misericordiae voce addita capituli ratio contaminata esse appareat; 178,3, ubi *replere illius* vitiose pro *replebimus* invenitur. Nec vero textus graecus omnibus locis eiusdem momenti est, cum neque Magni Ascetici textus plane idem sit qui Parvi Ascetici a Rufino translati hodie perdit, neque Rufinus ipse textum graecum semper ad verbum transtulerit.

Multo difficilius quam S. Basili textus latinus sacrae scripturae loci ab eo laudati constituuntur, cum et scripturae non solum textus graecus iam variis lectionibus contaminatus sit, sed etiam textus latinus variis vel Veteris Latinae vel Vulgatae versionibus traditus sit, et monachi non solum Vulgatae versionis lectiones pro veteribus latinis, sed etiam quas in memoria habuerint pro iis quas in exemplari invenerint saepe posuerint, e.g. 8,9 *instabunt* HJMTZ, Hol.; 16,1 *corripe* GLW,P; 16,3 *ecclesiam non* B,GLW,P; 18,2 *sed timorem* HJMT,Hol.; 26,4 *erue* GLW,P,Hol.; 26,5 *membrorum tuorum* GLW,HJM(T)Z,Hol.; 82,8 *ad imitandum* B,GLW,HMTZ,Hol.; 114,3 *talenta* GLW,M,Hol.; 118,2 *reliquimus* GLW; 156,7 *dilectione* GLW,HMT,Hol.⁴

In rebus orthographicis vocum formas usitatas posui (excepto quod, cum *exsultare* et *exspectare* scribere placuisse, etiam *existere* scribendum erat), in textu interpungendo potius artis rhetoricae quam grammaticae rationes sum secutus, ne textus nimiis commatibus quasi in frusta decerperetur.

⁴ De textu constituendo quae tractavi videoas in dissertatiuncula Salvatori Costanza septuagenario dedita quae inscribitur Zum Text der kritischen Erstedition der lateinischen Fassung der Basiliusregel (Studi di letteratura cristiana antica, Messina, sub prelo).

**De codicibus ad textum constituendum adhibitis
(Descriptio codicum)**

Codices quos ad textum constituendum adhibui sunt hi:

B

Codex Mediolanensis Ambrosianus C 26sup., s. VIIex.

Membr., 50ff., 210 × 150 (155 × 105) mm, 27 vel 28 ll. Maiuscula anglosaxonica verisimiliter in monasterio Bobbiensi scriptus (cf. f. 1) et a manu recentiore correctus.

Basili regulam solam continet in initio et fine mutilatam (inc. 8,30, des. 151 int.).

Orthographiam exhibet anglosaxonicam: *ss* pro *s*, *-is* pro *-iis* (*possuit*, *proposito*, *negotis*, *radis*). Interdum vocales *e/i* confusae (*senestris*, *relegiosior*), nonnumquam *ae* pro *e* positae sunt (*perfectae* pro *-te*); praeterea et *uolumtas* et *thensaurus* scriptum invenitur.

CLA 3,312.

C

Codex Leninopolitanus F. v. I. 2, olim Corbeiensis, s. VIIex./VIIIin.

Membr., 56ff., 310 × 220 (240 × 182) mm, 33–36 ll. Scriptura unciali et semiunciali verisimiliter in monasterio Corbeiensi a. fere 700 scriptus (cf. f. 1) et s. IX scriptura minuscula correctus.

Basili regulam solam continet.

Orthographiam exhibet merovingicam: vocales *e/i* saepissime, *o/u* nonnumquam confusas (*accepiat*, *alequis*, *conpitet*, *debit*, *dineque*, *dilixi*, *desistites*, *fructeficare*, *menuis*, *oportit*, *potuemus*, *requerentur*, *stillae*; *motos*, *prumptius*, *risos*, *usos*), liquidam *m* in vocum fine aut abundantem aut deficientem;

praeterea et in quaerendo et per quaerite scriptum invenitur.
CLA 11,1598.

E

Codex Parisiensis bibl. Nat. lat. 12634, s. VI ex.

Membr., 165 ff., c.255 × 190 (c.190 × 135) mm, 20–26 ll. In Italia, verisimiliter meridionali, scriptura unciali scriptus, postea e monasterio Corbeiensi in monasterium S.Germani indeque in bibliothecam nationalem translatus.

ff. 1^r–8^v (s.VII secundum F. Masai, *La Règle du Maître*, 59): *Regula IV Patrum*, inc. 3,15 *ceterum (sr. ex corporum) ab eo qui preeest . . .; Statuta Patrum* (II Reg. Patrum). *Residentibus nobis in unum . . .; Sermo ad monacos. Heredes dei audite verba dei . . .*

ff. 9^r–77^v Excerpta e regulis Augustini, IV Patrum, Magistri, Basili, Pachomi, e collationibus et institutionibus Cassiani, e Novati operibus, ex Hieronymi ep. 125, quae excerpta A. de Vogüé et F. Villegas sub regulae Eugippii nomine ab Isidoro Hispalensi memoratae ediderunt.

f. 21^v Bas. Reg. capp. 103, 104, 106

ff. 22^r–27^r Bas. Reg. capp. 67, 68, 70, 95, 99, 101, 102, 122, 28, 29, 43, 44, 53

ff. 73^r–76^v Bas. Reg. cap. 3

f. 78^r *Admonitio S. Effrem ad monachos*

f. 142^v *Sermo S. Iohannis de consolatione mortis*

Saepe vocales *e/ae*, labiales *b/v* confusas exhibet (*curauis, lauauis, prouabit*) et liquidam *m* in vocum fine aut abundantem aut deficientem; praeterea *stud* pro *istud*, *istadiu* pro *stadium*, *Mose* pro *Moyse* scriptum invenitur.

CLA 5, 646; 6 p. X; Inventaire des Manuscrits latins conservés à la Bibliothèque Nationale sous les numéros 8823–18163 (L. Delisle), Paris 1863–1871, Inventaires des Manuscrits de S.Germain-des-Prés, 64; H. Vanderhoven – F. Masai – P. B. Corbett, *La Règle du Maître*, Ed. diplom. des

manuscrits latins 12205 et 12634 de Paris, Bruxelles–Paris 1953 (Publ. de Scriptorium 3), 26sqq.; Eugippii Regula, edd. F. Villegas et A. de Vogüé, Vindobonae 1976 (CSEL 87); Les Règles des Saints Pères, I, par A. de Vogüé, Paris 1982 (SChr. 297).

F

Fragmenta codicis Aurelianensis (Orléans) 192 (169), s. VI/VII.

Membr., 2ff., 304 × 250 mm, 3 coll., 42 ll. In Gallia meridionali scripta, olim monasterii Floriacensis.

Fragmenta capp. 2, 7, 8 continentur haec: 2,1–2,3 *nec*, 2,13 *omni* – 2,50 *formam*, 7,4 *parentum* – 8,32 *similitudo*.

Foliis mutilatis et praecisis quem textum praebuerint interdum non elucet, e. g. 2,18 *comparat sermo] conpa* ... (desunt c. 8 litt.) *et*; 2,36sq. *referre gratiam nitimur quomodo sufficiemus gratiam referre] re* ... (desunt c. 14 litt.) *ferre*; 8,11 *carne positi praesentia quae] carne* ... (desunt c. 13 litt.) *tia propo* (desunt c. 13 litt.) *uae*. Codex a manu recentiore correctus erat, interdum non recte, e.g. 2,29 *erga] ergo* pc.; 8,25 *vagos] uagus ac., uacuus* pc.

Saepe vocales *e/i*, *o/u* confusas exhibet: *depraehindetur* (pro *deprehenditur*), *suffecere*, *cohercit*, *anime mollere* (pro *animi emollire*), *ris* (pro *res*), *debit*, *qui* (pro *quae*), *iudecabitur*, *caretatem*, *dedirit*, *obnosius* (pro *obnoxios*), *ipsus* (pro *ipsos*).

CLA 6, 805; Catalogue Général des Manuscrits des Bibliothèques Publiques de France, Département 12 (M. Ch. Cuisard), Paris 1889, 91.

G

Codex Sangallensis 926, s. IX.

Membr., 336pp., 4°, minuscula carolingica exaratus.

pp. 2–260 Reg. Bas.: p. 2 praef., p. 5 prol., p. 9 capitula,
pp. 32sqq. int. 1–203

p. 260 *Praecepta quae dedit abbas Pinufius fratri quem in suo monasterio recipiebat*, inc.: *Nosti ait quot diebus* (Cassian. inst. coenob. 4,32sqq.)

p. 302 *Incipit sermo ad monachos*, inc.: *Instruit nos atque hortatur ... hom. 3 S. Eucherii Lugdunensis* (PL 50, 836sqq.) vel sermo 7 S. Fausti Rheiensi (PL 58, 883sqq.)
p. 318 *Incipiunt proverbia s. Euagrii episcopi*, inc.: *Heredes dei audite ..., des.: in tempore orationis Amen*

Verzeichnis der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen (G. Scherer), Halle 1875, 348.

H

Codex Londiniensis Musei Britannici Add. 30055, s. X.

Membr., ff. 237, 260 × 170 mm, binis columnis, 29 ll., scriptura visigotica pulchre exaratus, olim monasterii S. Petri Cardenensis (Cardena, dioc. Burgos).

Codex regularum.

f. 1–109^v Cassiani Inst.

f. 109(113)^v Reg. Leandri cap. 18

f. 110(114)^r Greg. Mor. 34, 23

f. 111(115)^v Reg. Mac.

f. 113(117)^v Reg. Pach.

ff. 138(142)^r–189(193)^v Reg. Bas.

ff. 190(194)^r–217(221)^v Reg. Ben.

f. 217(221)^v *Capitulum de omnibus vitiis*

f. 219(223)^r Reg. Isid.

f. 226(230)^v Reg. Fructuosi

ff. 228(232)^r–233(237) man. alt. ex Smaragdi expositione in Ben. reg.

Orthographiam exhibit visigoticam: saepe labiales *b/v* confusas, labiovelarem *qu* pro *c* positam (*iubante, nobum; quum, quoeat*), praeterea *mici* et *uolumtas* scriptum invenitur.

A. Linage Conde, Los origines del monacato benedictino en la Peninsula Iberica, Leon 1973, 2 (Fuentes y estudios de historia leonesa 10), 836–840.

J

Codex Rotomagensis (Rouen) 758, s. X.

Membr., ff. 65, 272 × 195 mm, olim monasterii Gemeticensis (Jumièges) ad Sequanam infimam siti.

Inc. mutilus prol. 8.

Capitulorum ordinem exhibit hoc modo mutatum: 1–9, 88–93, 181, 94, 10, 11, 95, 96, 99, 129, 12–14, 23–26, 15, 84, 119, 16–22, 27–30, 67–71, 80, 31–66, 72–79, 81–83, 85–87, 97, 98, 100–108, 110–118, 120–128, 130, 131, 133, 134, 136, 135, 137–173, 175–180, 182–196, 174, 132, 197–203. Praefatio et cap. 109 desunt, capp. 51,1 *pro nomine* – 66 et 72 int. supplevit manus posterior.

f. 50 Regula sanctorum Patrum. *Quia multa in monasteriis ... occasione discordiae.*

f. 52 S.Iohannis de passione animae. *Frequenter diximus ...*

f. 54 Vita S.Hilarii Pictaviensis ep. *Cum veteres ...*

f. 59 Miracula S.Hilarii Pict. *De mirabilibus nuper ...*

f. 62 Epistula S.Hilarii ep. ad filiam suam Abram. *Accipe litteras ...*

Orthographiam exhibit merovingicam, saepe a manu posteriore correctam: vocales *e/i, o/u*, labiales *b/v* interdum confusas (*prohibetum, decedit, dixemus; prumptus; brebiter*).

Catalogue Général des Manuscrits des Bibliothèques Publiques de France, Dép. 1 (H. Omont), Paris 1886, 204.

L

Codex Lambacensis (Lambach) XXXI, s. IXin.

Membr., ff. 187, 280 × 195 (215 × 135/140) mm, 24 ll., scrip-

tura carolingica verisimiliter in monasterio Münsterschwarzach scriptus.

Constat e duabus partibus saeculo XII ut putatur compositis, quarum prior corpus regularum (ff. 1–136), posterior Isidori Synonyma (ff. 137^r–171^r) et Augustini dicta (ff. 171^r *Incipiunt dicta sancti Augustini de oratione psalmorum. Domine apud quem est salus ...*) continet.

Ordo prioris partis genuinus est hic:

ff. 1^r–72^v Reg. Bas.

ff. 97^r–103^r Regula coenobialis patrum de Hibernia. I *De confessione ad mensam ...*

ff. 103^v–108^v Regula Columbani

ff. 108^v–110^r *Monita sancti Porcarii abbatis. In mente habe quia hospes es...*

ff. 110^r–111^r Epistola sancti Columbani abbatis. *O tu vita quantos decepisti...*

ff. 111^v–115^v *Precepta que dedit abbas Pinufius fratri quem in suo monasterio recepiebat. Nosti ait quot diebus...*

ff. 115^v–124^r Regula Augustini; *Incipiunt tituli...;* f. 117^r inc. *Haec sunt quae praecepimus, des. in temptatione non inducatur amen.*

ff. 124^r–134^r *Incipiunt tituli pro quibus fratres ammoniti sunt Pauli et Stephani. I Primum timore dei et caritatem ...*

ff. 134^v–136^v (et 73^r–84^r) *Incipiunt aliquae (ex -as) sententiae (ex -as) in libro sancti Augustini de opere monachorum ... Capitulae ...;* f. 135^v *Incipiunt ipsa regula Ut sicut apostolico praecepto hi qui necessitati subiacent ...;* des. *ad promissa domini nostri Iesu Christi amen.*

ff. 84^v–85^r *Epistola sancti Macharri data monachis. Lignorum copia ingentem excitatflammam ...*

ff. 85^r–88^v *Regula sanctorum patrum Serapionis et Macharri et Pamnu (sic) et alterius Macharri. Sedentibus nobis in unum... (Reg. IV patr.)*

ff. 89^r–91^v *Incipiunt aliquae sententiae de regula sancti ac beati Macharri qui habuit sub ordinatione sua quinque milia monachorum. Milites Christi sic taliter ... (Reg. Mac.)*

ff. 91^v–96^v *Proverbia sancti Euagrii episcopi. Heredes dei audite sermones dei ...; des. mut. ... considerationes creaturarum dilatant.*

A manu recentiore multis locis correctus est.

B. Bischoff, Die Südostdeutschen Schreibschulen und Bibliotheken in der Karolingerzeit, 2, Die vorwiegend österreichischen Diözesen, Wiesbaden 1980, 41sq.

M

Codex Monacensis bibl. Nat. Lat. 28118, s. IXin.

Membr., ff. 216, 418 × 328 (347 × 262) mm, binis col., 36 ll. Olim codex sancti Maximini Trevirensis (Trier, cf. f. 1), in eodem monasterio quo codex Z, fortasse Indae (Korneliusmünster), ante annum 821 scriptus (B. Bischoff); a Ludovico Traube ex hereditate Iohannis ab Goerres a. 1902 emptus et bibliothecae Monacensi traditus.

Codex regularum Benedicti Anianensis.

ff. 1–18 Reg. Ben.

ff. 19^r–51^v Reg. Sarap., Macar., Paf.; Reg. Mac.; Vita Pachomi, Reg. Pachomi; Doctrina Orsiesi

ff. 51^v–80^r Reg. Bas. (51^v Cap., 54^v Praef.)

ff. 80^v–216 Consensoria monachorum; Reg. Aug.; Reg. Pauli et Stephani; Reg. Columbani; Reg. Isidori; Cap. 44 conc. Spalense; Reg. Fruct.; Reg. Ferrioli; Reg. Aurelianii; Inst. Cassiani; Reg. mon. Tarnatensis; Reg. Orient.; Reg. cuiusdam patris; Reg. Mag.; Reg. Caesarii; Reg. Aurelianii; Reg. Donati; Reg. cuiusdam ad virgines.

H. Plenkers, Untersuchungen zur Überlieferungsgeschichte der ältesten lateinischen Mönchsregeln, Quellen und Untersuchungen zur lateinischen Philologie des Mittelalters 1, München 1906, 3sqq.; L. Traube, Textgeschichte der Regula S. Benedicti, 2. Aufl. v. H. Plenkers, München 1910, 9; R. Hanslik, Benedicti Regula (CSEL 75) ²XXIXsqq.; B.

Bischoff, Die ältesten Handschriften der Regula S. Benedicti in Bayern, StMOSB 92, 1981, 12sq.

P

Codex Parisiensis bibl. Nat. Lat. 12238, s. IX¹.

Membr., ff. 129, 270 × 195 (210 × 155) mm, 23/29 ll. Olim S. Germani de Pratis (f. 1). In Gallia septemtrionali ad orientem spectanti exaratus (B. Bischoff).

ff. 1–36 Caesarii Arelatensis homiliae:

ff. 1–25^v Collectio homiliarum decem ad monachos (cf. CCl 103, XXXIsqq.)

f. 25^v *Exhortatio sancti cesarii ad tenendam vel custodiendam caritatem. Ostendit etiam ammonitio vestra...*

f. 28^r *Incipit epistola sancti cesarii ad quosdam germanos. Vereor venerabiles filii ...*

f. 34^r *Item sancti cesarii de decem virginibus. In lectione evangelica...*

ff. 37^r–93^r Reg. Bas.

ff. 93sqq. Excerpta ex Hieronymi operibus

Interdum velarem c pro qu positam exhibit, e.g. alico.

Inventaire des Manuscrits latins conservés à la Bibliothèque Nationale sous les numéros 8823–18163, Paris 1863–1871 (L. Delisle), Inventaires des Manuscrits de S. Germain-des-Prés, 42.

S

Codex Romanus Bibl. Nat. Sessorianus 55, s. VI².

Membr., ff. 200 (ff. 169–176 rescripti), c. 280 × 198 (c. 230 × 170) mm, 43–47 ll. Scriptura semiuncialis in Italia septemtrionali scriptus et s. VIII/IX in monasterio Nonantulensi restauratus (ff. 68 et 69 script. minuscula praecarolina-gica).

Continet Augustini Confessiones et Versus, Cassiani Collationes, Ambrosi et Maximi sermones (ff. 169–176 palimps. super Plini nat.hist.).

ff. 177–200^v Reg. Bas.

Saepius vocales *e/i* (*loquitur* pro *loquetur*), interdum labiales *b/v* confusas exhibet; *praeterea aliut, illut, quit; monastherium; communis, inminet, inpendit, inmo; secuntur; labsum; fidaei; gylae; odiosis* (pro *otiosis*); *is* pro *his* et viceversa scriptum invenitur.

CLA 4,420a; A. Reifferscheid, *Bibliotheca Patrum Latinorum Italica* 1, Wien 1865, 115–125; M. Oberleitner, *Die handschriftliche Überlieferung der Werke des heiligen Augustinus*, I/2 Italien, Verzeichnis nach Bibliotheken, Wien 1970, 220sq.

T

Codex Turonensis (Tours) 615, IXEx.

Membr., ff. 132, 195 × 120 mm, scriptura visigotica exaratus.

Hic codex, Basili regulam continens, prima pars est codicis regularum olim integri, monasterii Marmutiensis 51, s. XVIII^{lin}. Tolosae (Toulouse) in tres partes divulsi, cuius altera et tertia partes, Codd. Par. lat. 10876 et 10877, Regulam Isidori, *Sententiam de regula devotarum*, Canonem concili Sevill. et Regulam Fructuosi continent.

Orthographiam exhibet visigoticam: labiales *b/v*, velares *qu/c* saepe, vocales *e/i* interdum confusas (*superuiae, uerui, exerceuit, quoeat, quum, quoibet* pro *cohibet, locor* pro *loquor, alico*), spirantem *h* aut falso additam aut deficientem (*hac* pro *ac, adibere, hid*); *praeterea* saepe vel semper *uolumtas, aliut, illut, iniuncxit* scriptum invenitur.

Catalogue Général des Manuscrits des Bibliothèques Publiques de France, Dép. 37 (M. Collon), Paris 1900, 493sq.

W

Codex Guelferbytanus (Wolfenbüttel) 4127 (Wiz. 43), s. VIII/IX.

Membr., ff. 141, 298 × 213 (240 × 180) mm, 32 ll. f. 1^r *Codex monasterii sanctorum Petri et Pauli apostolorum in Wissenburg* (ubi et scriptus est), constat e duabus partibus (A, B). pars prior (A):

f. 1^r–80^v Greg. hom. in ev. liber 2

pars posterior (B):

f. 81^r–118^v Reg. Bas.

f. 119^r *In dei nomine Incipiunt omeliae sancti Caesarii Arelatinse Num. XII*: Caes. serm. 4 (CCl 103, 21–25); Ps. Eusebius Emensis (Gallicanus) serm. (Ps.Caes. 6, Ps.Eucherius Lug. 4); Ps.Caes. (Faustus Reiensis 1); Ps.Euseb.Em. (Ps.Caes. 8 vel Ps.Euch. 5; Ps.Caes. 9 vel Ps.Euch. 6; Ps.Caes. 10); Caes. serm. 233, 235, 234, 155, 156.

Vocales *e/i* saepissime, labiales *b/v* interdum confusas (*deregamus, diligite, possedeat, relegionis, oportit, patemur et gaudimus, nomeni, contenen; libore*), saepius *u* pro *o* positam exhibet (*alienus effeci, urrentur, cognoscere, cummunicare*); liquida *m* in vocum fine aut abundat aut deficit; semper *aetiam* pro *etiam* scriptum invenitur.

Kataloge der Herzog-August-Bibliothek Wolfenbüttel, Neue Reihe, 10, Die Weissenburger Handschriften, bearbeitet von H. Butzmann, Frankfurt 1964, 166–168.

Z

Codex Aurelianensis (Orléans) 233 (203), s. IXin.

Membr., pp. 424, 344 × 250 mm, olim monasterii Floriacensis, in eodem monasterio quo codex M, fortasse Indae (Kornelimünster), ante annum 821 scriptus (B. Bischoff). Concordia regularum Benedicti Anianensis.

p. 1 *In nomine sanctae et individuae trinitatis incipit liber concordia regularum patrum videlicet beati Benedicti Macha-rii Pachomii Basilii et ceterorum*

p. 2 Praefatio Benedicti Anianensis

p. 5 *Incipiunt capitula libri de concordia regularum*

Haec Basili regulae capitula selecta continet: 3 (p. 22), 5, 6 (p. 348), 7 (p. 369), 8, 9 (p. 277), 10 (p. 377), 11 (p. 331), 12 (p. 46), 13 (p. 408), 15 (p. 64), 16 (p. 163), 17 (p. 164), 21 (p. 105), 22 (p. 163; 22,9–11: p. 113), 23 (pp. 64 et 409), 24 (pp. 65 et 410), 25 (p. 410), 26 (p. 402), 27 (p. 410), 28 (p. 198), 29 (p. 222), 31 (p. 327), 34 (pp. 130 et 303), 35 (p. 176), 36, 37 (p. 244), 38 (p. 415), 39 (p. 416), 40 (p. 93), 41, 42 (p. 74), 43, 44 (p. 75), 53 (p. 115), 61 (p. 75), 62 (p. 99), 64 (p. 408), 65 (p. 102), 67 (p. 68), 68 (pp. 68 et 387), 69 (p. 397), 70 (p. 170), 71 (pp. 91 et 171), 72 (p. 410), 73, 74 (p. 411), 75 (p. 299), 76 (pp. 198 et 299), 78 (p. 417), 80 (p. 387), 81 (p. 69), 82 (p. 398), 83 (p. 104), 84 (pp. 102 et 411), 87 (p. 375), 88 (p. 313), 89 (p. 314), 90 (p. 75), 91 (p. 274), 92 (p. 275), 94 (pp. 230 et 275), 95 (p. 294), 96 (p. 295), 97 (p. 294), 98, 99 (p. 233), 101 (p. 387), 102 (pp. 344 et 388), 103 (p. 218), 104 (pp. 218 et 344), 105, 106 (p. 219), 107 (p. 318), 108, 109 (pp. 131 et 137), 110 (p. 130), 111, 112 (p. 209), 113 (p. 210), 117 (p. 119), 118 (p. 349), 120 (p. 402), 121 (p. 403), 122 (p. 167), 130 (p. 116), 136 (p. 93), 138 (p. 76), 142–144 (p. 334), 175 (p. 199), 186 (p. 224), 194 (p. 171), 199, 200 (p. 105).

p. 418 *Incipit liber de diversis voluminibus patrum excerptus*

Catalogue Général des Manuscrits des Bibliothèques Publi-ques de France, Département 12 (M. Ch. Cuissard), Paris 1889, 119; B. Bischoff, Die ältesten Handschriften der Regula S. Benedicti in Bayern, StMOSB 92, 1981, 12sq.

Qui codices S. Basili regulam contineant

(cf. J. Gribomont, Histoire du texte des Ascétiques de S. Basile, 96sqq.)
 Codices quos adhibui siglo, quos inspexi asterisco signavi.

- Admont 331, collectio regularum; s. XIII
- Auxerre 34, Pontigny; s. XII
- Avignon 1357; s. XV
- Besançon 844; s. XIII
- Bruxelles, Bibl. Royale 670–673 (3708), collectio regularum; s. XII
- Bruxelles, Bibl. Royale II 1134 (940); s. XIII
- Bruxelles, Bibl. Royale II 968 (1114); s. XIII
- Bruxelles, Bibl. Royale 9654–9663 (3707) Liège; a. 1441
- Bruxelles, Bibl. Royale 861–870 (1320), Maestricht; s. XV
- Bruxelles, Bibl. Royale 4922–4924 (942); s. XV
- Cambridge, Trinity College 1272; s. XIII
- Cambridge, Saint John's College F 16; s. XIV
- Charleville 112, Chartreuse du Mont-Dieu; s. XIII
- Conches 7; s. XIV
- Dijon 588, Citeaux; s. XII
- Durham, Cathedral Library B 3. 8; s. XIV
- * Escorial S III 32, collectio regularum; s. IX
- Firenze, Bibl. Laur. plut. XXIII, XXIII, collectio regularum; s. XI
- Firenze, Bibl. Nat. Centr. D 6, 2793; s. XII
- Göttweig 57; s. XII
- Grenoble 258, Grande Chartreuse; s. XII
- Klosterneuburg 570; s. XIV
- Klosterneuburg 587; s. XII
- Köln, Hist. Archiv W. f. 231; a. 1467
- L* Lambach 31, ff. 1 – 72; s. IX
- Laon 176; s. XII
- * Laon 330; s. IX
- Le Mans 120; s. XII
- C* Leningrad F. v. I. 2, Corbie; s. VII/VIII
- H* London, BM Add. 30055, collectio regularum; s. X
- B* Milano, Bibl. Ambr. C 26 sup.; s. VII
- * Monte Cassino 443; s. XI
- * Monte Cassino 444; s. XI
- M* München Lat. 28118, Codex regularum S. Benedicti Anianensis; s. IX
- F* Orléans 192, frg. capp. 2, 7, 8, S. Benoît-sur-Loire; s. VI/VII

- Z Orléans 344, Concordia regularum S. Benedicti Anianensis; s. IX
 Oxford, Bodl. Canon. misc. 395; a. 1441
 Paris, Bibl. Nat. lat. 1701; s. XII
 Paris, Bibl. Nat. lat. 1713; s. XI
 Paris, Bibl. Nat. lat. 2634; s. XII
 Paris, Bibl. Nat. lat. 3880; s. XI/XII
- P Paris, Bibl. Nat. lat. 12238; s. IX
- E Paris, Bibl. Nat. lat. 12634, Regula Eugippii (secundum A. de Vogüé); s. VI
 Paris, Bibl. Nat. lat. 14586; s. XV
 Paris, Bibl. de l'Arsenal 686; s. XV
 Paris, Bibl. Genev. 1353; s. XIV
- S Roma, Bibl. Naz. Sess. 55; s. VI
 Rouen 546; s. XIII
- J Rouen 758, Jumièges; s. X
 Saint-Omer 277; s. XII
- G Sankt Gallen, Stiftsbibl. 926; s. IX
 Subiaco 7; s. XIV
 Tarragona 69 (118), Concordia regularum S. Benedicti Anianensis; s. IX
- * Tours 271; s. XI
- T Tours 615; s. IX
 Trier 558; s. XIV
 Troyes 1422; s. XII
 Utrecht 361; a. 1471
 Valenciennes 289; s. XV
- * Vaticanus lat. 3539; s. XI (des. 7 int. *firmam*)
 Vaticanus Reg. 291; s. XI
 Vendôme 60, Concordia regularum S. Benedicti Anianensis; s. XI
 Wien, Nationalbibl. 1150; s. XII
 Wien, Schottenkl. 237; s. XV
- W Wolfenbüttel 4127; s. VIII/IX

Codices deperditi in catalogis bibliothecarum saec. IX et X confectis memorati:

- Monasterii Augiensis (Reichenau) a. 822: nr. 116/117 in codd. II
 Coenobii Bobiensis s. X: nr. 323/324 (*libros regulae Basili duos*)
 Coenobii Fontanellensis a. 823/833: nr. 60
 Monasterii Fuldensis s. IX/X: nr. 31
 Monasterii Laureshamensis (Lorsch) s. X: nr. 523

**Quibus graecarum recensionum capitulis
versionis latinae capitula respondeant**

(De Parvi et Magni Asceticorum recensionibus videas p. IX)

Lat.	Vulg.	Stud.	Lat.	Vulg.	Stud.
prol. 1–11	prol.brev.		27	brev. 8	57
prol. 12–20	prol.fus.		28	brev. 9	58
1	fus. 1		29	brev. 85	59
2,1–57	fus. 2	1	30	brev. 86	60
2,58–69	fus. 3	2	31	brev. 187	61
2,70–73	fus. 4	3	32	brev. 188	62
2,74–93	fus. 5	4	33	brev. 189	63
2,94–112	fus. 6	5	34	brev. 21	64
3	fus. 7	6	35	brev. 22	65
4	fus. 8	7	36	brev. 160	66
5	fus. 9	8	37	brev. 161	67
6	fus. 10	9	38	brev. 162	68
7,1–10	fus. 15	12	39	brev. 163	69
7,14–15	fus. 14	11	40	brev. 23	70
8,1–25	fus. 16	13	41	brev. 24	71
8,26–36	fus. 17	13	42	brev. 25	72
9	fus. 19	14	43	brev. 26	73
10	fus. 21	16	44	brev. 27	74
11,1–31	fus. 22	17	45	brev. 28	75
11,32–41	fus. 23	17	46	brev. 29	76
12	brev. 1	42	47	brev. 191	77
13	brev. 114	43	48	brev. 126	78
14	brev. 157	44	49	brev. 30	79
15	brev. 98	45	50	brev. 192	80
16	brev. 3	46	51	brev. 193	81
17	brev. 4	47	52	brev. 194	—
18	brev. 5	48	53	brev. 31	142
19	brev. 287	49	54	brev. 88	82
20	brev. 6	50	55	brev. 32	83
21	brev. 288	51	56	brev. 195	143
22	brev. 289	52	57	brev. 196	144
23	brev. 99	53	58	brev. 197	145
24	brev. 158	54	59	brev. 33	84
25	brev. 159	55	60	brev. 34	146
26	brev. 7	56			

Lat.	Vulg.	Stud.	Lat.	Vulg.	Stud.
61	brev. 35	85	101	brev. 141	119
62	brev. 198	86	102	brev. 142	120
63	brev. 36	87	103	brev. 143	121
64	brev. 115	88	104	brev. 144	122
65	brev. 116	89	105	brev. 145	123
66	brev. 37	90	106	brev. 146	124
67	brev. 117	91	107	brev. 147	125
68	brev. 118	92	108	brev. 201	126
69	brev. 119	93	109	brev. 202	153
70	brev. 38	94	110	brev. 279	154
71	brev. 39	95	111	brev. 148	127
72	brev. 40	96	112	brev. 149	128
73	brev. 41	97	113	brev. 150	129
74	brev. 42	98	114	brev. 203	—
75	brev. 43	99	115	brev. 170	130
76	brev. 44	100	116	brev. 171	131
77	brev. 164	147	117	brev. 10	132
78	brev. 165	148	118	brev. 89	133
79	brev. 127	149	119	brev. 45	134
80	brev. 120	101	120	brev. 283	155
81	brev. 96	102	121	brev. 46	135
82	brev. 121	103	122	brev. 47	136
83	brev. 199	150	123	brev. 16	137
84	brev. 166	104	124	brev. 204	138
85	brev. 167	105	125	brev. 205	156
86	brev. 200	106	126	brev. 206	157
87	brev. 97	151	127	brev. 207	158
88	brev. 128	107	128	brev. 17	159
89	brev. 129	108	129	brev. 90	160
90	brev. 130	—	130	brev. 151	139
91	brev. 131	109	131	brev. 152	161
92	brev. 132	110	132	brev. 153	311
93	brev. 133	111	133	brev. 122	140
94	brev. 135	112	134	brev. 172	162
95	brev. 168	113	135	brev. 239	163
96	brev. 134	114	136	brev. 208	164
97	brev. 136	115	137	brev. 173	141
98	brev. 100	116	138	brev. 209	165
99	brev. 87	117	139	brev. 240	166
100	brev. 169	118	140	brev. 241	167

Lat.	Vulg.	Stud.	Lat.	Vulg.	Stud.
141	brev. 48	168	173	brev. 252	202
142	brev. 49	169	174	brev. 220	203
143	brev. 210	170	175	brev. 57	204
144	brev. 50	171	176	brev. 123	205
145	brev. 51	172	177	brev. 177	206
146	brev. 52	173	178	brev. 178	207
147	brev. 53	174	179	brev. 221	208
148	brev. 280	175	180	brev. 222	209
149	brev. 11	176	181	brev. 137	210
150	brev. 174	177	182	brev. 58	211
151	brev. 211	178	183	brev. 59	212
152	brev. 212	179	184	brev. 60	213
153	brev. 213	180	185	brev. 101	214
154	brev. 54	181	186	brev. 91	215
155	brev. 175	182	187	brev. 179	216
156	brev. 176	183	188	brev. 62	222
157	brev. 243	186	189	brev. 67	255
158	brev. 244	187	190	brev. 68	256
159	brev. 55	188	191	brev. 182	265
160	brev. 215	189	192	brev. 105	302
161	brev. 216	190	193	brev. 73	269
162	brev. 245	191	194	brev. 106	270
163	brev. 217	192	195	brev. 75	272
164	brev. 56	193	196	brev. 94	292
165	brev. 246	194	197	brev. 108	306
166	brev. 247	195	198	brev. 109	307
167	brev. 218	196	199	brev. 110	308
168	brev. 248	197	200	brev. 229	293
169	brev. 219	198	201	brev. 111	309
170	brev. 249	199	202	brev. 275	279
171	brev. 250	200	203	brev. 274	275
172	brev. 251	201			

BASILI REGULA
A RUFINO LATINE VERSA

Conspectus codicum

- B* Codex Mediolanensis Ambrosianus C 26sup., s. VII^{ex.}.
C Codex Leninopolitanus F.v.I.2, olim Corbeiensis, s. VII^{ex.}/VIII^{in.}.
E Codex Parisiensis Bibl. Nat. lat. 12634, exc., s. VI^{ex.}.
F Codex Aurelianensis (Orléans) 192, frg. capp. 2, 7, 8, s. VI/VII.
G Codex Sangallensis 926, s. IX.
H Codex Londiniensis Musei Britannici Add. 30055, s. X.
J Codex Rotomagensis (Rouen) 758, s. X.
L Codex Lambacensis (Lambach) XXXI, s. IX^{in.}.
M Codex Monacensis Bibl. Nat. lat. 28118, s. IX^{in.}.
P Codex Parisiensis Bibl. Nat. lat. 12238, s. IX^{1.}.
S Codex Romanus Sessorianus 55, s. VI^{2.}.
T Codex Turonensis (Tours) 615, s. IX^{ex.}.
W Codex Guelferbytanus (Wolfenbüttel) 4127 (Wiz. 43), s. VIII/IX.
Z Codex Aurelianensis 233, s. IX^{in.}.
Hol. Benedicti Anianensis Codex Regularum, ed. Lucas Holstenius, Parisiis 1663, 95–160.

Conspectus compendiorum

<i>ac.</i>	ante correctionem (manus posterioris)	<i>ml</i>	manus prior (ipsius scribae)
<i>add.</i>	addidit	<i>mg.</i>	(in) margine
<i>alt.</i>	alterum	<i>mp.</i>	manus posterior
<i>ar.</i>	ante rasuram	<i>om.</i>	omisit
<i>cett.</i>	ceteri codices	<i>pc.</i>	post correctionem (manus posterioris)
<i>cf.</i>	confer		
<i>codd.</i>	codices	<i>pr.</i>	primum
<i>corr.</i>	correxit	<i>ras., //</i>	rasura
<i>del.</i>	delevit	<i>secl.</i>	seclusit
<i>des.</i>	desinit	<i>sl.</i>	supra lineam
<i>eras.</i>	erasit	<i>sr.</i>	supra rasuram
<i>inc.</i>	incipit	<i>suppl.</i>	supplevit
<i>lac.</i>	lacuna	<i>tert.</i>	tertium
<i>litt.</i>	litterae	<i>tr.</i>	transposuit

PRAEFATIO

1 Satis libenter, carissime frater Ursaci, adventantes de partibus orientis et desiderantes iam fratrum consueta consortia monasterium tuum ingressi sumus, quod superpositum angusto arenosi tramitis dorso hinc atque hinc passivi et incerti maris unda circumluit; 2 rara tantummodo latentes locos eminus arguit pinus, ex qua et Pineti clarum nomen † saeculo dedit †. 3 Et inde maxime delectati sumus, quod non, ut aliquibus mos est, vel de locis vel de opibus orientis sollicite percontatus es, 4 sed quaenam ibi observatio servorum dei haberetur, quae animi virtus, quae institu-

Praef. cf. Tyrannii Rufini Prologus in Regulam Sancti Basilii, cura et studio M. Simonetti. Tyrannii Rufini opera, rec. M. Simonetti, Turnholti 1961, 239–241 (Corp. Christ., ser. lat., 20).

Praef. CGHLMPSW

Incipit praefatio (*add. sancti P*) Rufini presbyteri *CP*, In nomine sanctae trinitatis incipit prologus (*add. interpretis regulae sancti Basilii episcopi G*) *GW*, Incipit capitulatio de regula beati Basilii episcopi ... Explicit capitulationes (-tio pc.) de regula sancti Basilii Incipit prefatio de regula sancti Basilii episcopi *H*, Incipit cap. de regula sancti Basilii ... Incipit praefatio sancti Rufini presbyteri *M*, Instituta monachorum sancti Basilii episcopi Caesariensis Cappadociae in Christo prologus sancti Rufini praesbyteri *S* 1 satis] Iam *S* | fratrem *Mac.* | Ursaci] ursiaci *M*, ursatii *W*, Ursei *Hol.* | monasterium *S* (*sim. saepe*) | superposito *Cac.* (*corr. m1*) | angusto *om.C* | harenosi *CLS* | hinc *alt.*] illinc *GL*, illic *W*, inde *H* | passivi] passim *M*, passiuim *H*, passibus (*vel -bi ?*) *S* | incerti] inserti *M* | circumluit] -luti *Cac.*, -liti *Cpc.*, -fluit *H* 2 raro *S* | latentes locos] latenter locus *L*, laetantes locus *H*, latentes *GW*, latens *S* | Pineti clarum] pinnium clarum (*ex -ro m1*) *C*, pineti carum *H*, pinido etiam clarum *GL*, pynido etiam *W* | saeculo] solo *GL*, saeculum *Simonetti*; *cruces addidi: vel lacunam suspicari licet?* 3 et inde] eo tamen *Hol.* | de opibus] de operibus *C*, *add.* uel operibus *P* | orientes *W* | es] est *W*, *om.H* 4 observatio – haberetur *CPS*, seruorum dei haberetur obseruatio *tr. M* *Hol.*, seruorum (rerum *H*) dei obseruatio haberetur *tr. GHLW* | anim(a)e *CGLW*

ta servarentur in monasteriis perquisisti. 5 Ad haec ego ne quid tibi minus digne, non dico quam geritur sed quam geri debet, exponerem, 6 sancti Basili Cappadociae episcopi, viri fide et operibus et omni sanctitate satis clari, instituta monachorum, quae interrogantibus se monachis velut sancti cuiusdam iuris responsa statuit, protuli. 7 Cuius cum definitiones ac sententias mirareris, magnopere poposcisti ut hoc opus verterem in Latinum, 8 pollicens mihi quod per universa occiduae partis monasteria si haec sancti et spiritalis viri sancta et spiritualia innotescerent instituta, 9 omnis ille servorum dei profectus qui ex huiuscemodi institutionibus nasceretur, mihi quoque ex eorum vel meritis vel orationibus aliquid gratiae vel mercedis afferret. 10 Exhibui ergo ut potui ministerium meum: imple et tu et omnes qui legitis et observatis gratiam, ut et agentes et orantes sic quemadmodum statuta haec continent, mei quoque memores sitis. 11 Tui sane sit officii etiam aliis monasteriis exemplaria praebere, ut secundum instar Cappadociae omnia monastria eisdem et non diversis vel institutis vel observationibus vivant.

puto] add. qui irascitur intra animos suos *MT*, in animo – animos suos *suppl.T mg.inf.* | animi *H* | et motu] motum *H* | quia *om.S* | qui] cum *C*, quo *Wpc.* | animum suum *Hol.* | adhuc] ad hoc *CMac.ST*, hoc *P* | volvit] deuoluitur *C*, uoluitur *S*, et reuoluit *Wac.(corr.m1)* | sicuti *P* | ipso *om.T* | iudicatur *Hol.* 2 furit iam plus] fuerit iam plus *HPac.(corr.m1)S*, furit amplius *Jac.M Hol.*, fuerit amplius *T*, amplius fuerit (furit *Gpc.*) *GLW* | per – furor] semotus gerit furorem *S* | motu *H* | furor enim] furorem *HT* | inquit eis] inquit illis *J*, illis inquit *GLW*, eis inquit *P* | eis] eius *H* | secundum *om.H*

similitudinem serpentis. 3 Vehementius vero furorem concitare irritatio nominatur, *amaritudo* autem illa est *cum malitia* in corde etiam arte quadam componitur et armatur.

CLX

INTERR. Quis est qui a domino beatificatur *pacificus*?

RESP. 1 Qui Christi adiutor est secundum quod dicit apostolus *Pro Christo legatione fungimur tamquam deo exhortante per nos; obsecramus pro Christo, reconciliamini deo,* et iterum *Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad deum.* 2 Illa enim alia pax repudiata est a Christo dicente *Pacem meam do vobis, non sicut hic mundus dat etiam ego do vobis.*

CLXI

INTERR. Quomodo converti quis potest et fieri *sicut infans?*

CLX cf. Vulg. brev. 215, Stud. 189

CLXI cf. Vulg. brev. 216, Stud. 190

(CLVIII) **3** cf. Eph. 4,31

CLX Int. cf. Mt. 5,9 **1** 2Cor. 5,20 | Rom. 5,1 **2** Io. 14,27

CLXI Int. cf. Mt. 18,3

(*CGHJLMPSTW*) **3** irritatio] indignatio *Jsr.mp.*, add. uel irritatio *Jsl.mp.* | cum om. *GLW* | malitia] add. quae *GL* | armatur] add. clamor quoque est, cum quis ira vel furore permotus per vocis indignationes, aut in blasphemiam, aut in maledictionem rapitur *Hol.*

CLX *CGHJLMPSTW*

Int. quis] quid *Hac.MT*, qui *Jac.* | qui] quod *T* | deo *C* **1** christo *Jac.* | secundum] add. illud *C* | per ex pro *C* | legationem *CHJPT* | fungimus *J* | domino *J (bis)* | obsecramur *T* | ergo om. *P* *Hol.* | habemus *GMac.(corr.m1)W* | dominum *GHLW* **2** alia] malitia *T* | est om. *W* | a om. *C* | etiam om. *L*

CLXI *CGHJLMPSTW*

Int. quis potest] potest aliquis *H* | et om. *W* | fieri] effici *GLW*

RESP. 1 Ipsi lectio evangelii docet nos omnem causam in qua hoc ostenditur, uti ne arrogantiam requiramus vel elationem, sed aequitatem naturae cognoscamus et exaequemus nos eis qui videntur inferiores. 2 Hoc enim est proprie infantum aequales esse his quibus non nobilitate sed aetate iunguntur, donec processu temporis et monitorum nequitia elationis inficiantur venenis.

CLXII

INTERR. Quid est prudentem esse sicut serpentem et simplicem sicut columbam?

RESP. 1 *Prudens* quidem *ut serpens* est qui circumspete et considerate quae sint possibilia et quae honesta vel utilia pervidens doctrinam suam dispensat et aptat ea arte qua suaderi auditores ad audientiam possint. 2 *Simplex* autem *ut columba* est qui nec in cor prorsus recipit cogitationem ulciscendi in eos qui laedunt, sed permanet in bene-

CLXII cf. Vulg. brev. 245, Stud. 191

CLXII Int. ; Isqq. cf. Mt. 10,16

(*CGHJLMPSTW*) 1 ipsa *om.S* | euangelio *Sac.* | in *om.GLW* | hoc *om.Hac.* | uti *om.C* | ut non in arrogantia *H* | ne] nec *GPac.*(corr.m1), nam *Wpc.* (ex non ?) | sed] ad *G* | (a)equalitatem *MT Hol.*, //tatem *S* | exaequamus *ex -quimus Wm1*, -quemur *T* 2 proprium *S*, priore *W* (*τοιαῦτα γάρ ἔστι καὶ τὰ παιδία*) | infantium *HM Hol.* | aequalis *W* | his] iis *Jpc.* | non *om.Hac.* | iungimur *T* | monitorum] muni- *MT*, -turum *S*, monitionum *GLW* | nequitiae *MT* | inficiant *P*

CLXII CGHJLMPSTW

Int. columba *PS* 1 ut] sicut *GLW* | est (sl.) ut serpens *tr.C* | est *om.S* | qui cum *Hol.* | circumspete *S* | circumspectat (-tet *W*, -spicit *L*) et considerat ea quae *GLW* | sunt *GPWpc.*(corr.m1) | et quae] atque *GL* | praeuidens *GHLW* | dispensit *W* | ea] et *LW* | qua] quae *H* | suadere *GHLW* | auditoris *W* | ad *om.W* | audientiam *CPS*, oboedi- *GHJLMTWHol.* | possunt *P*, -sit *GHLMT* 2 ut columba *om.GL* | columba est *om.W* | cor *om.P* | recepit *LWac.*(corr.m1) | qui alt.] add. se *Lmp.sl.* | permanent *W*, manet *Mac.* | in tert. *om.H*

faciendo secundum quod apostolus dicit *Vos autem nolite deficere benefacientes.* 3 Dominus ergo ad praedicationem mittens discipulos haec eis praecipiebat, 4 ubi sine dubio opus erat sapientia ad suadendum eos qui docebantur et patientia adversum eos qui insidiabantur, 5 ut sicut ibi serpens per prudentiam intellexit, quam personam ad persuadendum aggredi deberet – 6 eam scilicet quae fragilior videbatur ad persuadendum, quo eam a deo abstractam peccato sociaret –, 7 ita et nos personam et mores et tempus considerare et diligere debemus et omnimodo ita ordinare *sermones* nostros *in iudicio*, ut possimus abstrahere homines a peccato et sociare deo.

CLXIII

INTERR. Quomodo debemus suscipere *regnum* dei sicut infans?

CLXIII cf. Vulg. brev. 217, Stud. 192

(CLXII) 2 2Thess. 3,13 5sq. cf. Gen. 3,1sqq. 7 cf. Ps. 111,5
CLXIII Int. cf. Mt. 18,3

(*CGHJLMPSTW*) secundum] add. et *P* 3 ergo] autem *MPT, om.H*
Hol. | discipulos] add. suos *GLW* 4 ubi – erat *Ssl.* | sapientiae *W*,
-tiam *H* | suadendos *G*, -do *W*, persuadendum *S* | eos *pr.*] eis *Cpc.M*
Hol. | ducebantur *S* | et – insidia(bantur) *suppl.Hmp.* | patientiam
Cac.Jar.TW | aduersus *JSW Hol.* | insidianter *S*, -diebantur *T* 5
ut] et *MT, om.H* | ibi] ipse *H*, sibi *Hol.*, *om.C* | per *om.H* | suadendum
JT 6 ea *T* | scilicet] si licet *Hol.* | quae scilicet *tr.C* | perfragilior
uidebantur *T* | quod *Hac.* | a domino *H*, ad deum *Lac.*, ad deo *Lpc.*
7 diligere *correi*, diligere *MST*, elegere *LWac.*, eligere *CHJPWpc.Hol.*,
intellegere *G* | (5 ut ...) diligere debemus] cf. ἵνα ὡς ... οὕτω καὶ ἡμεῖς
πρόσωπον καὶ τρόπον καὶ καιρὸν ἐπιλεγώμεθα καὶ ... οἰκονομῶμεν | ordine *W*
| in *om.Mac.* | a peccato] peccatores (-is *Wac.*, corr.m1) *GLW* | sociari
Wpc. | domino *J*

CLXIII CGHJLMPSTW

Int. suscipere debemus *tr.GLW* | regnum] peregrinum *S*

RESP. 1 Si tales fuerimus ad doctrinam domini qualis est infans in discendo, 2 qui neque contradicit doctoribus neque rationes et verba componit adversum eos resistens, sed fideliter suscipit quod docetur et cum metu obtemperat et acquiescit.

CLXIII

INTERR. Domino dicente quia *Qui se exaltat humiliabitur*, et apostolo praecipiente *Noli superbe sapere*, et alibi *Arrogantes superbi inflati*, et iterum *Caritas non inflatur*, quis est elatus et quis est iactans vel arrogans, quis vero superbus et quis inflatus vel tumens?

RESP. 1 Elatus est qui se ipsum effert pro his quae forte ei recte vel prospere gesta sunt, et pro hoc magnus sibi videtur et elatus secundum illum pharisaeum qui et ipse inflatus dici potest; 2 sicut et Corinthios arguit quibus dicit *Et vos inflati estis*. 3 Iactans autem vel arrogans est ille qui

CLXIII cf. Vulg. brev. 56, Stud. 193

CLXIII Int. Lc. 14,11; 18,14 | Rom. 11,20 | 2Tim. 3,2 |
1Cor. 13,4 | superbus] v. supra ad LXI Int. 1 cf. Lc. 18,10sqq.
2 1Cor. 5,2

(*CGHJLMPSTW*) 1 talis *Wac.* | dicendo *W* 2 rationes] -ne *T*, -nis *H* *Wac.* | et pr.] ex *C*, om. *H* | conponet *Jac.* | aduersus *H* *Hol.* | suscepit *Cac.* *Wac.* | docetur] dicitur *Jac.* | metum *T* | obtemperat et] obtemperare *S*

CLXIII CGHJLMPSTW

Int. quia om. *J* *Hol.* | et pr. om. *S* | praecipiente] dicente *H* | nolite *GLPar.* *W* *Hol.* | superbe] superbū *CMPW* *Hol.*, altū *J* | sapere] add. sed time *J* | superbi arrogantes *tr.LW* | superbi] -bia *J*, om. *G* | inflatur] add. CLXIII Int(e)r. *CMT* | est alt. om. *GLPW* | et quint. om. *J* | vel] add. quis *J* 1 se ipsum effert] effertur *C* | offert *T* | ei forte *tr.P* | ei] ab eo *Cpc.*, om. *MT* *Hol.* | prospera *P* | gestata *M* | pro] per *GLW* 2 et pr.] om. *P*, ad *T*, add. apostolus *GLMW* *Hol.* | arguit] add. apostolus *Cpc.* (χατὰ τὸ Κορινθίων ἔγκλημα) | dixit *S*

non acquiescit his quae a patribus statuta sunt pro utilitate communi, 4 nec acquiescit verbis apostoli dicentis *Ut eadem sentiatis et unum sapiatis*, sed propriam quandam viam iustitiae ac sanctitatis inquirit. 5 Superbus vero est qui etiam nihil in se virtutis aut rectorum gestorum habens elatus est et erectus et videri vult plus esse quam est. 6 Similis autem esse huic potest etiam is qui inflatus dicitur vel tumens secundum hoc quod apostolus dicit *Sed inflatus est nihil sciens.*

CLXV

INTERR. Quid est *Caritas non dehonestatur?*

RESP. 1 Sicut si quis dicat De statu honestatis suaे non deducitur; est enim propria quaedam honestas caritatis et habitus eius atque ornatus, 2 ille sine dubio, quem per

CLXV cf. Vulg. brev. 246, Stud. 194

(CLXIII) 4 Phil. 2,2 5sq. cf. 1Tim. 6,4

CLXV Int. cf. 1Cor. 13,4sqq.

(*CGHJLMPSTW*) 3 patribus] prioribus *Hol.*, add. uel (uel a *GJLW*) maioribus *GHJLMTW* *Hol.* | instituta *GHLW* 4 nec] ne *P* | ut *om.T* | et] add. ut *C* | viam] vitam *Hol.* | inquiret *Lpc.Wac.*, -rent *Wpc.*, inquireret *Lac.*, requirit *G* 5 vero] ergo *H*, *om.MT* *Hol.* | etiam *om.J* | nihil] add. usquam *Hol.*, *om.G* | uirtutes *Cac.* | aut] ac *Hol.* | gestorum] -tarum *Lac.Wpc.*, add. aliquid *G*, gust- *Mac.(corr.m1)* | habens] habet sed *J* | et pr. – est tert. *om.GLW* | plus uideri uult *tr.J* | vult plus] se plus uult *MT*, vult se plus *Hol.* 6 huic esse *tr.CGHLW* | huic] hic *S* | etiam del.*W* | inflatus] add. esse *P* | est] et *P*, est et *H*

CLXV *CGHJLMPSTW*

Int. non *om.GLW* | deonestata *W* 1 si *om.GJac.LMTW* *Hol.* | sui *G* | deducetur *GLW*, indeducitur *C* | proprie *P* | quaedam propria *tr.H* | quidam honestus *W* | eius *om.J* | atque ornatus] ornatus atque ordinatus est *H* | atque] adqui *Wac.* 2 per quem *tr.GHLW*, quae per *T*

singulas caritatis virtutes enumeravit apostolus, quae singulae honestas quaedam eius sunt et ornatus.

CLXVI

INTERR. Scriptura dicente *Nolite gloriari neque loqui alta*, et apostolo confidente quia *Quae loquor non secundum dominum loquor sed sicut in insipientia in hac substantia gloriandi*, et rursum *Factus sum insipiens gloriando*, et iterum ipso dicente quia *Qui gloriatur in domino glorietur*, quae est gloriatio in domino et quae est culpabilis gloriatio?

RESP. 1 Apostoli quidem manifestum est propositum quod adversum vitia loquebatur; 2 non enim ut se ipsum commendaret haec dicebat, sed ut quorundam insolentiam arrogantiamque retunderet. 3 Gloriatio ergo in domino est cum quis ea quae recte gerit non sibi sed domino adscribit dicens *Omnia possum sed in eo qui me confortat Christo*. 4 Culpabilis autem gloriatio dupli ratione dinoscitur, vel

CLXVI cf. Vulg. brev. 247, Stud. 195

CLXVI Int. cf. 1Sam. 2,3 | 2Cor. 11,17 | 2Cor. 12,11 | 1Cor. 1,31; 2Cor. 10,17; cf. Ier. 9,23sq. **3** Phil. 4,13

(*CGHJLMPSTW*) uirtutis *Mac. Wac.* | enumeravit] -rabit *T*, -rat *GHL*, enim erant *Wac.*, erat enim *Wpc.*, enunciavit *Hol.* | quae] quaeque *P*, qui *W* | singula *LW* | honestas *CHMST*, -tatis *PW*, -tates *GJL Hol.* | quidam *W* | et ornatus sunt *tr.C*

CLXVI *CGHJLMPSTW*

Int. Int. *om.C* | noli *S* | gloriare *W* | alta loqui *tr.C*, loqui multa *MT* | confidente *Wpc.*, confite *Cac.*, confiteor *Cpc. (corr.m1)* | non -- sed *om.GLW*, non – loquor *alt. om.Jac.* | deum *MS* | in *pr. om.HS* | insipientiam *LSW* | rursus *Cmp.* | docente *C* | quia] Interrog. *C* | quae est *pr.] item Inter(ro)g. mon(a)c. S* | quae *alt.] quia Sac.* **1** apostolo *TWpc.* | manifestatum *S* | adversus *Hol.* | condemnaret *C* | insolentiam] neglegentiam *C* | arrogantiamque] arr. qui *Wac.*, et arrogantiam *Hol., om.H* **2** deo *S* | quis] add. si *M* | ea quae] si *GLW* | egerit *P* | sed *om.JP* | Christo] -stus *GHLMTW Hol.* **3** culpabilis] -les *Wac.* | gloriatio] add. est et *Hol.* | cognoscitur *C*

secundum hoc quod dicit *Quia laudatur peccator in desideriis animae suaे*, et *Quid gloriatur in malitia qui potens est in iniquitate?* 5 vel secundum illud, cum faciunt aliquid boni operis *ut videantur ab hominibus* et per hoc ipsum quod volunt laudari gloriantur in his quae fecerunt. 6 Sed huiusmodi homines etiam sacrilegi designantur, cum gratiam quae a deo data est propriam faciunt et gloriam quae deo debetur in semet ipsos convertere conantur.

CLXVII

INTERR. Qualem intellectum vel prudentiam a deo petere debemus vel quomodo eam possumus promereri?

RESP. 1 Intellectus quidem qui sit ab ipso deo per prophetam discimus dicente *Non glorietur sapiens in sapientia sua nec glorietur fortis in fortitudine sua nec glorietur*

CLXVII *cf. Vulg. brev. 218, Stud. 196*

(CLXVI) **4** Ps. 9,24 (LXX) | Ps. 51,3 (LXX) **5** Mt. 6,5

CLXVII **1** Ier. 9,23sq.

(*CGHJLMPSTW*) *quia laudatur] quoniam laudabitur Hol. | quid] qui GLW | gloriaris MT Hol., gl///s S | malitia] add. sua J | qui] et qui GLW | est] es T Hol., om.M | in tert. om.GLMac. | in iniquitate] in -tem T, om.PSW 4 illum PS | cum] quod T | omnibus T | per] pro J | hoc om.H | ipsum] ipsis S, ipso J | quod] cum C, qui P | laudare Cac.W 5 huiuscemodi CMT Hol. | homines] omnes GLW | sacrilegi T | gratia PTW | domino H | data] donata MT Hol. | debetur deo tr.MT Hol. | conantur] coguntur LW, add. uel conantur Lmp.sl., nituntur G*

CLXVII *CGHJLMPSTW*

Int. intellectum] intellegentiam GLW | ea LSW | promerere Lac.Wac. **1** qui] quis JM Hol., quid Cac.(corr.m1) | sit] add. a deo Jsl.P, fit L | domino Hol. | per om.Mac. | discimus (-mur Lac.) per prophetam tr.GLW | discimus] didicimus MT Hol., dicimus Cac. | dicentem CGJpc.LMTW Hol. | sapiens – glorietur alt. om.MT Hol. | in sua sapientia tr.H | nec pr. – sua alt. om.CJac. | glorietur alt. om.P | nec alt.] neque MT Hol. | glorietur tert. om.P

dives in divitiis suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur in intellegendo et cognoscendo dominum, 2 et iterum per apostolum sic dicit Sed intellegentes quae sit voluntas domini. 3 Possumus autem hoc modo promereri si faciamus illud quod scriptum est Vacate et cognoscite quoniam ego sum dominus 4 et si credamus omne verbum dei verum esse, Si enim, inquit, non credideritis neque intellegegetis.

CLXVIII

INTERR. *Si dominus dat sapientiam et a facie eius scientia et intellectus est, et si alii quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae, quomodo increpat dominus discipulos suos dicens quia Et vos adhuc insensati estis et non intelligitis, et apostolus culpat Galatas insensatos?*

CLXVIII cf. Vulg. brev. 248, Stud. 197

(CLXVII) **2** Eph. 5,17 **3** Ps. 45,11 **4** Is. 7,9 (LXX)
CLXVIII Int. Prov. 2,6 | 1Cor. 12,8 | Mt. 15,16sq. | cf.
Gal. 3,1

(*CGHJLMPSTW*) in divitiis suis *om.W*, suis *suppl.Lsl.* | in *quart.* *om.J* | *qui] quia J* | in *quint.* *om.CHMT* | intellegendum et cognoscendum *Jac.* | agnoscendo *W* **2** per paulum (*ex -lo*) apostolo *W*, per paulum apostolum *GL* | *quae] qui Wac.* | *domini] dei GLW*, *add.* qui rursus ait: Prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus, vita est et pax *Hol.* **3** possimus *Wac.* | autem *om.Jac.* | modo] munus *H* | promerere *Lac.Wac.* | facimus *J* | agnoscite *C* | *quoniam] quia GJL* | dominus sum *tr.Hol.* | deus *HPS* **4** et *om.Jac.* | credimus *MST* *Hol.* | omnem *T* | omnia uerba dei uera *S*, omni uerbo dei uirum *W* | inquit *om.P* | crederitis *L* | intelligitis *Cac.Gac.JLSW*

CLXVIII CGHJLMPSTW

Int. scientiam *H* | intellectus et scientia *tr.S* | si *alt.* *om.* *GLW* | alii sermo scientiae *om.CP* | dicens *om.GLW* | *quia om.P* | et *quart.* *om.P* | adhuc et uos *tr.CGLW Hol.* | *culpat] add.* ad *S*

RESP. 1 Si quis scit bonitatem dei volentis *omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire* et studium spiritus sancti didicit, quo unicuique dividit gratiam dei, 2 iste cognoscit tarditatem intellectus non ex culpa eius descendere qui dona distribuit, sed ex eorum qui desidia et infidelitate sua id suspicere non merentur. 3 Et ideo recte culpatur insipiens vel insensatus qui velut sole orto claudit oculos suos ne videat sed in tenebris ambulat.

CLXVIII

INTERR. Si ab aliquo quid beneficii consequamur, quomodo poterimus et domino digne et integre gratias agere et ei qui beneficium praestitit, quali mensura uti debemus in utroque?

RESP. 1 Si deum auctorem et consummatorem omnium bonorum esse credamus, eum vero per quem boni aliquid consecuti sumus ut ministrum dei gratiae et munieris agnoscamus.

CLXVIII cf. Vulg. brev. 219, Stud. 198

(CLXVIII) 1 1Tim. 2,4

CLXVIII 1 cf. Hebr. 12,2

(*CGHJLMPSTW*) 1 bonitatem] uoluntatem *GLSW* | domini *Mac.T Hol.* | uolentes *Cac.T*, uoluntatis *Mac.* | hominis *Wac.* | ad] in *GJLMTW*, *om.Hol.* | agnitionem] add. uerbi *GLMW Hol.* | dicit *H* | quo] quod *JT*, quia *H*, qui *GLMW Hol.* | diuidet *S* | deus *P* 2 iste] is *C* | cognoscet *P* | tarditatem] caritatem *LSW*, uarietatem *G* | intellectus] sensus *J* | ex pr.] est *T* | distribuet *S*, tribuit *H* | ex alt.] *om.H Hol.* | qui alt. *om.H* | desideria *P* | sua] qui *H* | suscepere *Cac.* | mererentur *J* 3 velut] uel *C* | claudet *Jac.* | suos *om.Wac.* | ne] ut non *J* | ne – ambulat *om.C* | ambulet *HJP Hol.*

CLXVIII CGHJLMPSTW

Int. quid] aliquid *GJLW* | consequimur *Hol.* | quale *Cac.* | debemus *om.J*, add. oportet *Jsl.m1* | in *om.H* 1 dominum *JS* | consummatorem] conditorem *GLW* | sumus] sunt *W* | ut] at *G* | munere *W* | cognoscamus *J*

CLXX

INTERR. Quid est dignum vel sanctum quod Graeci ὅστε dicunt, et quid est iustum?

RESP. 1 "Οστεν quidem id est sanctum vel dignum esse arbitror hoc quod decet et debetur ab inferioribus deferri superioribus secundum ipsam rationem qua eminentiores videntur, 2 iustum autem hoc quod pro operis merito unicuique retribuitur. 3 Et in illo quidem alio optimorum quorumque indicatur obsequium, in hoc vero tam boni quam mali retributio designatur.

CLXXI

INTERR. Quomodo dat quis *sanctum canibus* et mittit *margaritas ante porcos*, aut quomodo accidit illud quod additur, *ne forte conculcent eas pedibus suis et conversi disrumpant vos?*

CLXX cf. Vulg. brev. 249, Stud. 199

CLXXI cf. Vulg. brev. 250, Stud. 200

CLXXI Int. Mt. 7,6

CLXX CGHJLMPSTW

Int. quod om. Hol. | graecae P | osyon HT, osion cett. 1 osyon T, osion cett. | id est et vel dignum om. H | id om. C | vel dignum esse] dignum autem esse C, om. GLW | hoc om. GHLW | ab om. LWac. | deferri superioribus om. T | deferre Cac. | hanc om. GL | qua] que P, quae Cac. (corr. m1) G, qui LW | ab eminentioribus GLW | uidetur G 2 hoc] cum Jsr. mp., om. S | quod om. JS | pro om. H | operis pro merito tr. Hol. | tribuitur Spc. Hol., retribuetur Cac. 3 in om. J | quorum qui W | iudicatur P | obsequium] om. Wac., -quio T | signatur GLW

CLXXI CGHJLMPSTW

Int. quis dat tr. J | sanctum quis tr. S | accidet S, accedit Cac. Jac. PW | illud] id P | additur] additum est S, addetur Cac. | eas] aut Hol., ea H | suis om. GHJLMPTW Hol. | conuersae W | rumpant HS

RESP. 1 Manifeste nobis tradit apostolus ex his quae adversum Iudeos dicit quia *Qui in lege gloriaris per praevicationem legis deum inhonoras*. 2 Iniuriam ergo hanc quam *per praevicationem* verbo dei inferre dicuntur hi de quibus sermo est, prohibet hic et abdicat dominus. 3 Ex qua evenit ut etiam infideles et non credentes, cum vident nos praevicari mandata, contemptum habeant religionis et doctrinae domini, 4 et ex his ipsis arguant nos quae scripta sunt in lege nostra, et velut rumpant nos et afficiant exprobrantes et confutantes tamquam legis propriae transgressores.

CLXXII

INTERR. Quomodo aliquando quidem dominus prohibet portari *saccum vel peram* in via, aliquando autem dicit

CLXXII cf. Vulg. brev. 251, Stud. 201

(CLXXI) 1sq. Rom. 2,23

CLXXII Int. cf. Lc. 10,4

(*CGHJLMPSTW*) 1 tradidit *GHLMS* *TW Hol.* ($\pi\alpha\rho\alpha\delta(\delta\omega\sigma\tau\iota\nu)$) | apostolus tradidit *tr.GLW* | quae] quibus *GL*, qui *W* | aduersus *GHLW Hol.* | quia *om.CGLW* | deum – 2 praevicationem *om.CP*, add. deum *inhonoras Cmp.* | *exhonoras GHLW* 2 iniuriam – praevicationem *om.JS* | quam per] qui *H*, quam *T* | praevicationem] add. legis *HMT Hol.* | uerbum *CJpc.* | dei] add. uim *S* | non (*add.mp.*) inferri decenter (dicuntur *ac.*) *C* | de *om.J* | est *om.C* | hic] hoc *JS* | et abdicat] et abscidat *Cac.*, et abscidit *Cpc.* 3 ex qua *correxi*, et qua *T*, et quia *CGHJLMPSW Hol.* ($\alpha\varphi' \tilde{\eta}\varsigma \pi\alpha\rho\alpha\beta\alpha\sigma\tau\omega\zeta$) | uenit *H* | etiam infideles] aequam infideles (*ex -is m1*) *W* | cum] quam *H* | praevicariare *LPSWac.*, -catione *H* | contentu *S*, et contemtum *T* | habent *Jac.* (*corr.m1*) 4 ex *om.Hac.* | his *om.HS* | ipsis his *tr.Hol.* | arguunt *GLMW Hol.* | quae – nos *om.H* | sunt *om.W* | in lege nostra sunt *tr.L* | et alt. *om.GLW* | nos alt. *om.P* | afficiant] -unt et *G*, -ant et *LW* | exprobantes *W* | et confutantes] et confundentes *HMT Hol.*, *om.Jac.* | lege *W*

CLXXII *CGHJLMPSTW*

Int. dominus aliquando quidem *tr.Hol.* | quidem *om.H* | prohibet] -beat *H* | portare *GHLW* | *saccum P*, *sacculo Cac.* | autem *om.T* | dicit] -cat *HLW*, -cebat *MT Hol.*

Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter et peram et qui non habet gladium vendat vestimentum suum et emat gladium?

RESP. 1 Hoc explanat ipse dominus dicens quia *Oportet adhuc et hoc compleri in me quod dictum est quia cum iniquis deputatus est.* 2 Denique posteaquam completa est prophetia de gladio ait ad Petrum *Converte gladium in locum suum; omnes enim qui accipiunt gladium in gladio peribunt,* 3 ita ut non videatur praeceptum esse quod dicitur *Nunc qui habet sacculum tollat*, sed prophetia praedictoris domini quia futurum erat ut apostoli oblii gratiae domini et legis eius assumerent gladium. 4 Quod autem videtur quasi imperativo modo dici *(pro) propositivo*, haec verbi figura in scripturis propheticis satis frequenter inventitur, 5 sicut est illud *Fiant filii eius orphani et Diabolus stet a dextris eius* et multa alia similia.

Int. Lc. 22,36 1 Lc. 22,37; Is. 53,12 2 Mt. 26,52 3 Lc. 22,36
5 Ps. 108,9 (LXX); 6 (LXX)

(*CGHJLMPSTW*) similiter] simul *C, om.HP* 1 explanauit *GLW* | ipse] ille *H* | adhuc oportet impleri *H* | et hoc *om.GHJLMTW Hol.* | complere *TW* | in] de *P* | quia] *add.* et *J* 2 conuertere *S*, cor uerte *M* | gladium *pr.] add.* tuum *J* | omnis *Wac.* | qui *ex quae C* | capiunt *G* | gladium accipiunt *tr.Hol.* | in *alt. om.Wac.* 3 ita – videatur] similiter (*sr.*) uidetur *Cpc.* | uideantur *T* | tollat] *add.* similiter et peram *GLMW Hol., add.* et cetera *Jsl.mp., add.* Et qui non habet gladium, vendat vestimentum suum, et emat gladium *Hol.* | prophetia] -am *S*, *add.* est *C* | predicantis *H*, praedicentes *Wac.(corr.m1)* | gratiae] -am *T*, et *P* | adsummentes *H* 4 quasi *om.J* | dieit *T* | pro propositivo *correxi*, propositivo *CGJLPSW*, propositio *MT Hol.*, non preposituo *H* | verba *L* | figura] -ram *Wac.(corr.m1)*, futura *Hol.* | in propheticis *W* | satis *om.J* 5 sicut est et *M Hol.*, sicut et est *T* | a] ad *PW* | alia] milia *S*

CLXXIII

INTERR. Quid est *Panem substantivum da nobis hodie*, quod in oratione dicere iubemur?

RESP. 1 Cum operantes manibus memores sumus domini dicentis *Nolite solliciti esse animae vestrae quid manducetis aut quid bibatis*, et apostoli praecipientis *Operamini ut habeatis unde praestare necessitatem patienti*, 2 id est cum non ad proprios usus, sed pro mandato domini operamur quoniam *dignus est operarius mercede sua*, 3 tunc *substantivum panem*, id est qui vitam cotidianam substantiae nostrae confert, a deo poscimus, 4 ut necessitati in quantum sufficit satisfiat et agnoscamus eum qui sufficientiam praestat.

CLXXIIII

INTERR. Si omni volenti accedere ad sorores oportet

CLXXIII cf. Vulg. brev. 252, Stud. 202

CLXXIIII cf. Vulg. brev. 220, Stud. 203

CLXXIII	Int. Mt. 6,11; Lc. 11,3	1 Lc. 12,22; cf. Mt. 6,25
Eph. 4,28	2 Lc. 10,7; cf. Mt. 10,10	3 cf. Mt. 6,11; Lc. 11,3

CLXXIII CGHJLMPSTW

Int. iubemur dicere *tr.GLW* **1** simus *Cac.W Hol.* | et *om.H* | apostolo praecipiente *GH Lac.W* | praecipientes *Cac.* | *operamini*] add. manibus uestris *J* | *praestare*] add. possitis (-setis *Lac.Wac.*) *GH LMW Hol.* **2** cum] ut *S* | a *W* | proprio usu *Wpc.(corr.m1)* | usos *T* | operantur *L* | *operarius*] mercennarius *S* | mercedem suam *T Wac.-(corr.m1)* **3** id] de *H* | qui *om.C* | cotidianae *J* | substantiae] -tiuum *H*, abstinentiae *Jac.(corr.m1)* | nostrae] add. ut *Csl.mp.*, *om.H* | confert] conferat *CH Jpc.MPT Hol.*, -ratur *Jac. (corr.m1)* | domino *GJLW* | poscimus] add. et non (*om.H*, add. a *Lpc. Hol.*) nobis ipsis (ipsi *GH*) praesumimus sed (*om.H*) *GH LMW Hol.* **4** in *om.J* | sufficiat *GH LW* | satisfiat] satisfaciat *CGLW*, *om.P* | cognoscamus *GLW*

CLXXIIII CGHJLMPSTW

Int. omnino *S* | uolente *LW*

indulgere an certis quibusque et personis et temporibus, vel quomodo videndae sunt sorores?

RESP. 1 De his superius iam sufficienter diximus quia nec vir ad virum accedere utcumque et sine causa ex arbitrio suo vel potestate debet, sed cum omni observatione probante eo qui praeest, 2 id est ut vel proposit quis ei quem videt vel proficiat ex eo: quanto magis erga mulieres id observare convenit maiore cautela. 3 Si quis ergo meminit domini dicentis quia *De omni sermone otioso reddetis rationem in die iudicii*, timebit in omni negotio hanc sententiam. 4 Acquiescendum est enim et sancto apostolo dicenti *Sive manducatis sive bibitis sive aliud quid facitis omnia in gloriam dei facite*, et iterum *Omnia ad aedificationem fiant*. 5 Nihil ergo vel otiose vel inutiliter agendum est, sed certus quis et certo tempore et certo in loco et certis personis vel apparere vel loqui debet, 6 ut excludatur omnis nefanda

3 Mt. 12,36 4 1Cor. 10,31 | 1Cor. 14,26

(*CGHJLMPSTW*) indulgeri *Cpc.H* | quibus *P* | et *pr. om.GHJLW* | temporibus et personis *tr.GLW* | diuidendae *M* | 1 superius *om.C* | sufficienter iam *tr.H* | diximus iam sufficienter *tr.MT Hol.* | nec *om.G* | ad virum vir *tr.Hol.* | accidere *Wac.* | utcumque] aut quicumque *H* | et *om.GHLSW* | debet sine causa ex arbitrio suo uel potestate *tr.J* | suo *om.H* | vel] et *C* | vel – debet] potestatem habet *GL* | sed] se *W* | observatione] add. etiam *PS* | 2 uel ut *tr.P* | uidit *HP* | proficiet *W* | mulieris *LWac.* | id *om.C* | obseruari *JMPT* | maiori *GL*, -res *W* | 3 erga *T* | meminerit *Hol.* | omne *H* | redditis] redditis *Jac.Pac.STW*, reddit *L*, rededes *Hol.*, reddituri estis *H* | ratione *H* | in diem *Jac.* | omne *W* | 4 et *pr. om.H* | dicentis *S* | manducatis – facitis] manducabitis siue bibitis siue aliquid facietis (facitis *GW*) *GLW*, manducetis siue bibatis siue aliud quid (siue aliquid *CH*) faciat *CHMT Hol.*, manducatis ... bibitis ... faciat *S*, manducatis ... bibitis ... facitis *Jac.* | sive tert.] uel *P* | in gloriam *Hol.*, in gloria *CGHMPST*, cum gloria *LW*, ad gloriam *J* | 5 inutiliter] sine utilitate *GL*, inutilitate *Wac.* | quis et] qui se *T* | certo *pr.*] certus *W* | et alt. – apparere *om.S* | debet] add. a deo poscamus et non a nobis ipsis praesumamus ut necessitati in quantum (add. |||*M*) possumus satisfaciat *MT*

suspicio et servemus sine offensione esse apud omnes et ad aedificationem fidei unicuique apparere. 7 Certe solum ad solam accedere nulla religionis ratio permittit, *melius enim duo quam unus*, simul enim et fidelius et tutius res geritur; 8 *vae enim uni quia si ceciderit non est qui erigat eum.*

CLXXV

INTERR. Si quis habeat aliquod vitium quod corrigere non potest et frequenter notatus in peius proficit, si expedit illum intermitti?

RESP. 1 Et de hoc alibi iam diximus quia oportet peccantes corripere patienter secundum eum quem supra ostendimus modum a domino positum. 2 Quodsi non sufficit ei ad emendationem sicut illi Corinthio *obiurgatio haec quae fit a pluribus, sicut gentilis de reliquo et publicanus*

CLXXV cf. Vulg. brev. 57, Stud. 204

(CLXXIIII) 7sq. Eccl. 4,9sq.

CLXXV 2 2Cor. 2,6 | Mt. 18,17

(*CGHJLMPSTW*) 6 servemus] studeamus *P* (*φυλαχθήσεται*, cf. 128,2) | offensionem *T* | omnes] homines *C*, omnis *Wac.* | et alt. *om.M* | ad *om.H* 7 certe solum] sed certe solus (-os *G*) *GLW*, certe solo *H* | ad solam] add. suam *LMW*, ad sororem suam *G*, et solam *S* | nulla *om.P* | praemittit *T* | simul enim *om.H* | enim] enim est *GLW*, est enim esse *Hol.*, est enim *MPac.*(corr.m1) | et pr. *om.GL* | fidelius] dei filius *T*, fidelis est *H*, add. est *LW* | et alt. *om.Cac.* | totius *Cac.HTW* | rei *Wpc.* | geretur *Wac.* 8 uni] *om.J*, add. soli *Jsl.mp.* | est] add. alias *GLMW Hol.*

CLXXV *CGHJLMPSTWZ*

Int. quis] quid *Hol.* | habeat *CJS* (ἐάν τις ἔχῃ), habet *GHLMPTWZ Hol.* | aliquid *HWac.* | quod] ex quo *J* | corrigi *GJ* | notatur et *MTZ* | proficiat *J*, -ciet et *S* | expedit *Wac.*(corr.m1) | expedit illum] eum expedit *MTZ Hol.* | illut *H* 1 et] ut *G* | de *om.SZ* | iam *om.G* | qui *Z* | et peccantes corripi *H* | peccantem *Z* | secundum eum] et secundum *H* | eum] enim *W* | modo *Wac.* 2 si *om.Z* | illi corinthi *W*, illius corinthii *GL* | quae haec *tr.H* | fit] sit *P*, fiet *S* | sicut *om.GHLW* | de reliquo] relinqu *S*

haberi debet qui eiusmodi est, 3 quia ei parcere quem dominus condemnavit nulli tutum est, maxime cum dominus dicat quia 4 *Expedit unicuique ut unum oculum aut unam manum vel unum pedem perdat et ita intret in regnum, quam dum parcit uni ex his membris totum corpus mittatur in gehennam ignis, ubi est fletus et stridor dentium.* 5 Sed et apostolus de his ipsis testatur dicens quia *Modicum fermentum totam massam corrumpit.*

CLXXVI

INTERR. Si quis contristetur quod ei non permittitur facere illud quod non potest apte et recte facere, si debemus ei permettere?

RESP. 1 Et de his iam dictum est in multis quia propria voluntate nulli quicquam facere permittendum est, sed iudicio et probatione vel multorum vel eorum qui praesunt. 2 Qui autem non obtemperat his, sententiam praesumptoris et contradicentis excipiat.

CLXXVI cf. Vulg. brev. 123, Stud. 205

(CLXXV) 4 Mt. 5,29; 18,8sq. | Mt. 8,12; 13,42; 50; 22,13; 24,51; 25,30;
Lc. 13,28 5 Gal. 5,9

(*CGHJLMPSTWZ*) habere *W* 3 quia ei *S*, quis (qui ac.) ei debet *J* | nulli] uelle *MTZ* | tutum] tuum *Z*, totum *TW*, add. non *MTZ* 4 expedit *Wac.*(corr.m1) | ut] add. et *G*, om.*Cac.* | unum *W* | vel] aut *Z* | regnum] add. dei *CGL* | quam] quia *H* | dum] add. enim *Wsl.* | uni] unum *H* | ex] de *LG* | his om.*C* | ubi est] ibi eri (*sic*) *Z* 5 his om.*TZ* | dicens om.*HPST*

CLXXVI CGHJLMPSTW

Int. contristatur *GLPW* | quod] quia *Hol.* | permittitur] -tatur *HP*, -tetur *Wac.*(corr.m1) | illut facere *tr.S* | facere alt. om.*GW*, placere *S* | si – permettere om.*Hac.* 1 facere om.*L* | et alt.] uel *T* | multorum] notorum *M* | multorum vel om.*T* | eorum] horum *GLW* 2 is *S* | sententia *P* | praesumptoris] -torum *G*, praesum(p)ti *MPTW*, praesumptiosi *J* | contradictoris *H*

CLXXVII

INTERR. Quomodo debent *fortiores infirmitates infirmorum portare?*

RESP. 1 Portare est tollere et curare secundum quod scriptum est *Ipse infirmitates nostras tulit et aegritudines nostras portavit*, 2 non quod in semet ipsum suscepit infirmitates, sed quia abstulit eas ab his in quibus erant et curavit eos. 3 Ita ergo et hic paenitentia interveniente curabuntur infirmiores ex constantia et integritate fortiorum qui dicuntur portare, id est exportare et auferre, infirmitates eorum qui invalidi sunt.

CLXXVIII

INTERR. Quid est *In vicem onera vestra portate*, et *quam legem Christi adimplebimus* hoc facientes?

CLXXVII	<i>cf. Vulg. brev. 177, Stud. 206</i>
CLXXVIII	<i>cf. Vulg. brev. 178, Stud. 207</i>

CLXXVII	Int. Rom. 15,1	1 Is. 53,4 (Mt. 8,17)
CLXXVIII	Int. Gal. 6,2	

CLXXVII	CGHJLMPSTW
----------------	-------------------

Int. debemus *J* | *fortiores*] fratres *GLW*, *add.* fratres *M Hol.* | *infirmitatis Wac.* | *portare*] *add.* secundum quod scriptum est *H* | **1** tollerare *Gpc.*(*corr.m1*)*P* | *infirmitatis Wac.* | *tulit*] tollet *Wac.*, tollit *Wpc.* | *tulit – nostras alt. om.H* | *aegritudines*] -nis *Wac.*, aegrotationes *C* | *portavit*] curauit *C, om.S* | **2** non quod] numquid *ex non quid Wpc.*, non quo *CP*, non quia *Hol.* | *semetipso GJLMPTW Hol.* | *suscepit*] -ciperet *GLpc.W*, -cipere *Lac.*, -ciperit *Jac.*, -cepit *H* | *in alt. om.HWac.* | *curabit T* | **3** ergo] enim *MT* | *et hic*] et his *P*, in hoc (hac *Wpc.*) *GLW*, et hii *J* (*καὶ ἐνταῦθα*) | *integritate ex infirmitate Sm1* | *qui*] quae *W* | *portare*] *add.* et *T* | *id est exportare om.CG* | *infirmitatem W*

CLXXVIII	CGHJLMPSTW
-----------------	-------------------

Int. *vestra*] *nostra H, om.C* | *portare HW* | *adimplemus C, adimpleuimus ST* | *hoc adimpleuimus tr.S*

RESP. 1 Idem est quod in superioribus explanavimus: gravia enim sunt peccata quae trahunt animam in profundum inferni, quae a nobis invicem auferimus et portamus, id est exportamus, ad conversionem provocantes eos qui peccant. 2 Portare autem pro auferre et exportare consuetudo est etiam ritu provincialium dici, sicut et ego saepe audisse me memini. 3 Legem autem Christi replebimus qui dixit *Non veni vocare iustos sed peccatores in paenitentiam.*

CLXXVIII

INTERR. Domino docente nos *orandum esse uti ne intremus in temptationem*, si oportet orare nos ne accidant nobis dolores corporales, vel si inciderimus in eos quomodo oportet ferre?

RESP. 1 Non discrevit temptationum qualitatem, sed generaliter praecepit *orandum esse ne intremus in tempta-*

CLXXVIII cf. Vulg. brev. 221, Stud. 208

(CLXXVIII) 3 Lc. 5,32; Mt. 9,13; Mc. 2,17

CLXXVIII Int.; 1 Mt. 6,13; 26,41; Lc. 11,4; 22,40

(*CGHJLMPSTW*) 1 idem] id *GHLac.W* | in *pr. om.W* | superius *P* | explanabimus *T* | sunt] *om.H*, add. onera *GLMW Hol.* | peccata] -ti *Hol.*, -torum *G* | adtrahunt *P* | animam] hominem *S* | inferi *CJ* | a *om.H* | auferimus] off- *W*, suff- *G*, auferemus *T* | id est exportamus *om.GH* | conversionem] confessionem *GLW* 2 autferre *W* | me *om.Cac.HMac.(corr.m1)STW* 3 replebimus *correxi* (*ἀναπληρώσομεν*), replere illius *Cac.GLMPSTW Hol.*, implemus illius *Cpc.*, implere illius *Jac.*, implemus illam quam *Jpc.*, replere illut *H* | qui] quod *H* | in] ad *C* | p(o)enitentia *GH*

CLXXVIII CGHJLMPSTW

Int. domino] quid est domino *C* | dicente *Cac.HJL* | nobis *HJL* | uti] ut *HJMpc.P Hol.*, *om.C* | interimus *W* | si] add. sic *H* | oporteat *T* | orari *G* | nos] nobis *H*, add. ut *P*, *om.GJLW Hol.* | accedant *Cac.HJMPTW* | incederemus *Wac.* | eas *LWac.*, eis *P* | ferre] offerre *Wac.*, facere *C* 1 discribit *T* | praecipit *CW* | temptatione *H*

tionem. 2 Si vero inciderimus ut det nobis exitum evadendi et *ut sustinere possimus a domino posci oportet*, ut possimus implere quod dictum est quia *Qui permanserit usque in finem hic salvus erit*.

CLXXX

INTERR. Quis est *adversarius* noster et quomodo ei *consentire debemus in via?*

RESP. 1 Hic specialiter dominus eum qui auferre quid a nobis conatur adversarium nominavit. 2 Consentimus autem ei si servemus praeceptum domini dicentis *Si quis autem voluerit tecum iudicio contendere et auferre tunicam tuam dimitte ei et pallium*; quod et in omnibus similiter observari oportet.

CLXXXI

INTERR. Si bonum est statuere ad certum tempus verbi causa abstinere se a tali vel tali cibo sive potu?

CLXXX cf. Vulg. brev. 222, Stud. 209

CLXXXI cf. Vulg. brev. 137, Stud. 210

(CLXXVIII) **2** cf. 1Cor. 10,13 | Mt. 10,22; 24,13

CLXXX Int. cf. Mt. 5,25 **2** Mt. 5,39sq.

(*CGHJLMPSTW*) **2** exitum nobis *tr.T* | *ut alt. om. CGJac. (corr. m1) LMTW* | est dictum *tr.Hol.* | permanserit] perseuerauerit *GHLW* | usque *om.JMPT Hol.*

CLXXX *CGHJLMPSTW*

Int. consentimus *P* **1** quid a nobis] a nobis aliquid *GLW* | quid] aliquid *J*, *om.H* **2** ei *om.W* | servemus] -amus *G*, -auimus *W* | praecepto *Cac.Wpc. (corr.m1)* | domini preceptum *tr.H* | dei *CPS* (*xυρτου*) | tecum uoluerit *tr.S* | in iudicio *GHLW* | tonicam *P* | palleum *HTWac.* | similiter] fideliter *Hol.* | obseruare *GLW*

CLXXXI *CGHJLMPSTW*

Int. statuere] *add. et GLW* | se *om.C* | tale uel tale *Cac.* | potu] poto *Cac.Jac.Wac.*, potum *T*

RESP. 1 Domino dicente *Non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me omnis huiuscemodi definitio incongrua est.* 2 Quod sciens David dicebat *Iuravi et statui custodire iudicia iustitiae tuae non meae voluntatis.*

CLXXXII

INTERR. Si quis voluntate peccaverit condemnatur, an etiam ille qui per ignorantiam aliquid extra veritatem fuerit locutus?

RESP. 1 Iudicium dei etiam in his qui per ignorantiam peccant manifestum est cum dicit quia *Qui nescit et fecerit digna plagis vapulabit paucis.* 2 Ubique tamen digne gesta paenitentia veniae spem praesumit.

CLXXXII cf. Vulg. brev. 58, Stud. 211

(CLXXXI) 1 Io. 6,38 2 Ps. 118,106 (LXX)

CLXXXII 1 Lc. 12,48

(*CGHJLMPSTW*) 1 ut non *tr.P*, ut *om.GLW* | me misit *tr.HJMpc.T* *Hol.*, me *om.Mac.*, *add.* patris *H* | omnis *Jsr.mp.* | huiusmodi *GLW* | congrua *GHac.LW* 2 iudicia] *add.* et *Wac.* | et non *Hol.* | meae voluntatis] meam uoluntatem *G*, mea uoluntate *LW*, *add.* et iterum dominus: Non mea voluntas, sed tua fiat *Hol.*

CLXXXII *CGHJLMPSTW*

Int. quis] qui *J* | ille] illi *W*, *om.H* | qui *om.P* | aliquid – 1 ignorantiam *om.W* | extra ueritatem fuerit aliquid *tr.GHL*, extra ueritatem aliquid fuerit *tr.Hol.* | ueritate *T* 1 domini *GL* | in] de *P*, *om.GL* | per ignorantiam] ignorantia *G* | quia *om.CGLW* | et] *add.* non *GLW* *Hol.* | digna] -nam *W*, *add.* poenitentiam *Wsl.mp.*, *indigna ex digna H* (*corr.m1?*) | uapulauit *Cac.ST* 2 digne – veniae] de re gesta p(o)enitentiae *GL*, denegesta (denegare *mp.*) poenitentiae *W* | penitentiae *PT* | praesumat *GLW Hol.*

CLXXXIII

INTERR. Si quis cogitaverit tantum facere aliquid et non fecerit, si et ipse mendax iudicandus est?

RESP. 1 Si secundum mandatum est quod cogitavit facere non solum ut mendax sed ut contemptor a domino condemnatur.

CLXXXIIII

INTERR. Si quis praeventus fuerit ut definiat agere aliquid eorum quae non placent deo, quid oportet magis: in irritum revocare quod male fuerat definitum an timore eo ne mendax sit implere peccatum?

RESP. 1 Cum dicit apostolus *Non quod ex nobis ipsis idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobis*, et dominus nihilo minus quia *Non possum ego a me ipso facere quicquam*, 2 et rursum *Verba quae ego loquor vobis a me ipso non loquor*, et in alio quoque loco *Descendi de caelo non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me patris*, 3 paeni-

CLXXXIII cf. Vulg. brev. 59, Stud. 212

CLXXXIIII cf. Vulg. brev. 60, Stud. 213

CLXXXIII 1 2Cor. 3,5 | Io. 5,30 2 Io. 14,10 | Io. 6,38

CLXXXIII CGHJLMPSTW

Int. cogitauerat W | ipsi W | 1 facere] ut faceret GLW | solum om.Hol. | ut om.HJP | contentor S | deo J

CLXXXIIII CGHJLMPSTW, T des. 1 qua(si) folio uno amisso

Int. qui T | aliquid agere tr.C Hol. | agere om.P | quid om.H | in om.Mac.(corr.m1) Hol. | revocare] de- HJMPST, uocare Lac. (ἀνατρέψαι) | quo H | timore eo] timere eo (et Jpc., eum Cpc.) CJ, |||re et S | sit] fiat S, add. et Csl.mp. 1 dicit] -cat GLMT Hol. | non quod] non quid GWac., numquid LWpc., non quo P | ex] a J | simus CGJLPac.(corr.m1) Hol. | aliquid] add. a nobis L | ipso om.H | 2 in om.C | quoque loco] loco quia Jsr.mp., loco H, quoque Cac.GLPW | discendi Wac. | me misit tr.LMPW Hol.

tentiam debet agere primum qui ita aliquid temere definiit, quodcumque illud fuerit quod definitum est, 4 quia ne ipsa quidem bona propria auctoritate et definitione facere oportet, multo autem magis ea quae non placent deo statuere non licet. 5 Quia autem oportet in irritum revocari quae-
cumque ex praesumptione contra mandatum domini statu-
untur, manifeste ostenditur in apostolo Petro 6 qui temere quidem statuerat et dixerat *Non lavabis pedes meos in aeter-
num*, 7 audit(a) autem a domino definita sententia quia *Si
non te lavero non habebis partem mecum*, statim mutavit definitionem suam et ait *Domine, non tantum pedes, sed et
manus et caput.*

CLXXXV

INTERR. Si is cui commissa est dispensatio eorum quae domino offeruntur necessitatem habet implere man-

CLXXXV cf. Vulg. brev. 101, Stud. 214

(CLXXXIIII) 6sq. Io. 13,8sq.

(*CGHJLMPSW*) 3 primo *Hol.* | qui ita] quia ita *C*, quia *GLW* | temere *om.J* | definit *GJac.(corr.m1)LPSWac.*, diffinit *Wpc.* | quod-
cumque] quod cum *P*, utecumque *GLW* 4 quia] cui *ex* qui *W*, tum quia *C*, qui *L* | nec *GJL* | propria] prima *S* | auctoritatem *Wac.* | definitionem *Wac.*, diffinitione *Wpc.* | autem *om.P* | licent *CW* 5 quia] quid *Cac.*, quod *Cpc.*, qui *H*, et quia *PSpc.sl.m1* | autem *om.GLW* | oportet] add. et *M Hol.* | in *om.Pac.Sac.(corr.m1)* | reuocare *GJLMW* *Hol.* | quicumque *Wac.* | dei *GLW* | statuantur *M Hol.* 7 audita *Cpc.* (ἐπεὶ δὲ ἤκουσε), audit *Cac.HJS*, audiuit *GLMW*, audiens *Hol.*, audiit *ex* audiet *Jmp.* | autem] enim *L*, *om.C* | definitam sententiam *GHLMW* *Hol.* | quia] qui *Lac.Wac.*, quod *Wmp.* | non te lavero *C*, non tibi lauero *S*, non lauero te *M Hol.*, non tibi lauero (lauauero *Lac.W*) pedes *GLW*, non lauauero (labab- *H*) tibi pedes *HJ*, non te lauauero pedes *P* (ἔὰν μὴ νίψω σε) | mecum] add. et *Jsl.* | statim] add. ut audiuit *H* | et alt. *om.Wac.*

CLXXXV CGHJLMPSW

Int. si] sed *W* | quae] qui *W* | habet] add. et *Wac.* | mandatum – dicitur] quod dicit mandatum *Hol.*

datum illud quod dicitur *Omni petenti te da et eum qui vult abs te mutuum sumere non avertas?*

RESP. 1 Hoc quod dictum est *Omni petenti te da et volentem mutuari abs te non avertas*, quasi temptationis habet locum sicut ex consequentibus demonstratur; 2 propter malos enim praeceptum est non principaliter sed quasi quod in necessitate fieri debeat. 3 Principale enim praeceptum domini est *Vende omnia bona tua et da pauperibus*, et rursum *Vendite bona vestra et date misericordiam*. 4 Quod ergo aliis delegatum est vel deputatum, in alios transferre non est absque discrimine, domino dicente quia *Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel*, 5 et quia *Non est bonum tollere panem filiorum et mittere canibus*, sed et abs te ipso debes iudicare quod iustum est.

CLXXXVI

INTERR. Quodsi frater nihil habens proprium petatur

CLXXXVI cf. Vulg. brev. 91, Stud. 215

(CLXXXV) Int. Mt. 5,42; Lc. 6,30 1 Mt. 5,42; cf. Lc. 6,30 3
Mt. 19,21; Lc. 18,22 | Lc. 12,33 4sq. Mt. 15,24; 26

(*CGHJLMPSW*) dicit *GHJLMW* *Hol.* | *da*] tribue *J* | *abs*] a *GLPW* | *mutuum a te tr.GLW* | *mutum S* | *non] ne S* | *avertas] auertaris C, add. eum S* 1 *te pr. om.L* | *uolunte W* | *mutuare Cac.GLW* | *non] ne S* | *auertaris C* | *habet] -ns (vel -nt S?) Cac.Spc.* 2 *enim] autem J* | *quod om.H* | *in om.P* | *necessitatem SWac.(corr.m1)* 3 *est domini tr.HJ* | *uinde Cac.* | *tua bona tr.Hol.* | *rursum] iterum M Hol.* | *uindite Cac., uindete Wac.* | *et date] facite GLW*, et facite *H* | *misericordiam] elemosinam P, eleemosynam Hol.* 4 *delegatum]* *deligatum Mac., diligatum LWac., dirigatum Wpc., denegatum Cac.* | *aliis CW* | *transferri JPS* | *est alt. om.W* | *non absque discrimine est (potest H) tr.GHL* | *discrimen Jac.PS* 5 *et tert. om.J* | *abs te] a te HM, de te L, de G, te W* | *ipso om. S* | *iudicare debes tr.Hol.*

CLXXXVI *CGHJLMPSWZ*

Int. fratrem *Cac.*

ab aliquo hoc ipsum quod vestitus est, quid debet facere, maxime si nudus sit ille qui petit?

RESP. 1 Sive nudus sive malus, id est sive vere necessitatem patiatur sive fallat vel si quid aliud est, semel dictum est quia dare vel accipere non est omnium sed illius solius cui commissum est istud officium. 2 Qui utique cum omni providentia et cautela huiuscemodi dispensationem debet implere, ut possit *unusquisque in eo quo vocatus est permanere.*

CLXXXVII

INTERR. Quomodo potest quis sine caritate tantam fidem habere *ut montes transferat* aut substantiam suam pauperibus dividat, et *corpus suum tradere ut ardeat?*

RESP. 1 Si memores sumus domini dicentis *Faciunt enim omnia ut videantur ab hominibus*, 2 sed et illud quod respondit illis dicentibus *Domine, nonne in tuo nomine daemonia eiecimus et in tuo nomine virtutes multas fecimus?* cum

CLXXXVII cf. Vulg. brev. 179, Stud. 216

(CLXXXVI) 2 1Cor. 7,20; 24

CLXXXVII Int. cf. 1Cor. 13,2sq. 1 Mt. 23,5; cf. 6,5 2 Mt. 7,22

(*CGHJLMPSWZ*) aliquo] alio *GL* | quod] quo *Gpr.MWpc. Hol.* | quid] qui *W* | sit] est *CGHLW* 1 sive *alt.*] add. bonus siue *Cmp.sl.* | sive *tert.*] si *HP* | vere] ueram *Hol.*, *om.GLSW* | patiatur *HMPSZ* *Hol.*, patitur *CGJLW* | fallat *PS*, fallit *CGHJLMWZ* *Hol.* | solius *om.H* | istud *om.S* 2 huiusmodi *G* | ut] et *H* | possit] add. in eo *MZ*, *om.H* | eo *om.MZ* *Hol.* | quod *CGHW*

CLXXXVII *CGHJLMPSW*

Int. quis potest *tr.H* | caritatem *HWac.* | tantam] -tum *Cac.H*, *om.P* | pauperibus *om.GHLW* | tradat *C* 1 simus *GW Hol.* | domino *Wac.* 2 et *pr. om.GW* | illis (illius illis *G*) dicentibus quod respondit *tr.GLW* | illis] eis *H* | domine domine *S* | nonne] add. in nomine tuo prophetauimus et *GL* | nomine tuo *tr.J* (bis) | eicimus *Cac.Jac.* | uirtutis *W*

ait ad eos *Nescio vos unde estis*, – 3 non quia mentiti sunt, sed quia dei gratia abusi sunt ad proprias voluntates, quod utique alienum est a caritate dei, – 4 si ergo horum meminimus facile quae dicta sunt advertimus. 5 Quia autem gratiam dei vel donum accipient etiam indigni non est novum aut mirum, deus enim in tempore hoc *benignitatis et patientiae* suae etiam *solem suum oriri iubet super bonos et malos*; 6 interdum autem etiam ad profectum eorum qui adhuc infideles sunt, ut gloria eius multiplicetur, secundum quod apostolus dicit quia *Quidam per invidiam et contentionem, quidam autem et propter bonam voluntatem Christum annuntiant*, 7 et addidit his dicens Verumtamen *omni modo siue occasione sive veritate Christus annuntietur et in hoc ego gaudeo*.

CLXXXVIII

INTERR. Quis est qui *abscondere* dicitur *talentum* et propterea condemnatur?

CLXXXVIII cf. Vulg. brev. 62, Stud. 222

(CLXXXVII) **2** Lc. 13,25; 27 **5** cf. Rom. 2,4 | Mt. 5,45 **6sq.** Phil. 1,15; 18

CLXXXVIII Int. cf. Mt. 25,18; 25sqq.

(*CGHJLMPSW*) **estis**] estes *Cac.*, sitis *JMS Hol.* **3** domini *J* | *gratiam P* **4** horum] ipsorum *M* | *meminimus*] meminerimus (-remus *Jac.*) *GJLWpc.* | facile aduertimus (-temus *Wac.*) quae dicta sunt *tr.GLW* **5** *quia*] qui *Jac.*, quod *GLW* | *gratia HW* | accipiunt *J Hol.* | *enim*] *add.* et *LW* | *orire Cac.Jac.* | *iubet*] facit *GLP Hol.* (*Vulg.*) **6** *interdum*] -rim *C* | *autem*] *add.* fit *Jsl.*, *om.S* | *etiam del.W* | *infidelis Wac.* | *quod*] *add.* et *JMP Hol.* | *quidam pr.*] quidem *Gac.Lac.* | *et alt. om.GJLMW Hol.* **7** *his*] hic *S*, *om.JM Hol.* | *addit C* | *occasionem siue ueritatem Wac.* | *Christus*] christi nomen *J* | *et in S* (*χαλ ἐν*), in *CGHJLMPW Hol.* | *ego*] ergo *CHJpc.LMP* | *gaudio W*, *gaudebo P*

CLXXXVIII *CGHJLMPSW*

RESP. 1 Qui quamcumque gratiam dei detinet et assument in suis usibus et non ad aliorum utilitatem, iste tamquam occultati talenti crimine condemnatur.

CLXXXVIII

INTERR. Quid est *immunditia* et quid est *impudicitia*?

RESP. 1 *Immunditiam* quidem lex ostendit; hoc enim nomine usa est super his qui inviti per naturalem necessitatem patiebantur ea quae homines pati consueverunt. 2 *Impudicitia* vero mihi videtur esse cum quis naturalem libidinis motum impudentius et inverecundius concitat et irritat.

CLXXXX

INTERR. Quid est proprium furoris et quid est proprium indignationis iustae, et quomodo aliquotiens ab indignatione incipientes invenimur decidere in furorem?

CLXXXVIII cf. Vulg. brev. 67, Stud. 255

CLXXXX cf. Vulg. brev. 68, Stud. 256

CLXXXVIII Int.; 1sq. 2Cor. 12,21

(*CGHJLMPSW*) 1 qui quamecumque] quicumque *GL*, qui cum *W* | quacumque gratia *HP* | gracia *W* | detenit *Cac.Wac.* | assumit] -met *S*, absunit *JP* | utilitatibus *S* | isti *Wac.* | tamquam occultati] autem cum occultanti *H* | occulti *M* | occultato (*ex -te*) crimine condemnato *W* | condemnetur *Hol.*.

